est pdea i deo. aut si est. fm rōnē ip̄er-
fectam est. sed nihil ip̄fectū ponens
dum est in deo. s; .7c. ¶ Itē. nobilissī-
mus modus cognitōis est deo attri-
buendus. sed cognitio per rei essentiā
est nobilito: q̄ per similitudinē rei. s;
deus cognoscit per essentiā rei: non
per silitudinē. sed pdea est silitudo
no essentia rei. s; .7c. ¶ Item. pdea nō s

Augusti.
p. lxxviii.

est necessaria nisi ad dirigendum i cognoscendo. et reguladu in operado. s; nihil idiger dirigete vel regulante nisi quod potest errare et deuiare. deus autem nullam horum habet. ergo frustra ponuntur in deo pdea.

9 **R**espon. dicendum. q; circa hoc duplex fuit opinio. Quidam enim dixerunt q; deus nō cognoscit s; rationē pdee. sed s; m rationem cause. et ponunt similitudinem. sicut si punctus cognosceret suam virtutem. cognosceret lineas et circūferentiam. Similiter si vntas haberet potentiam cognitiuam per quam conuerteret se supra se. cognosceret. omēs numeros. Per hunc modum dicunt i deo esse. Quoniam enim deus virtutē habet producendū omnia et cognoscit totam suam virtutem. ideo cognoscit omnia. et hoc dicunt Dionysius sensisse cum dicit. q; non secundū pdeam sed secundum vnam excellentie cām cognoscit omnia. Sed hec positio non potest stare. Primum quia deus cognoscit non per collationem de mandati a principio ad principium: s; simplici aspectu. Et iterum omne cognoscens in quantum huiusmodi. simile est cognoscibili. ergo habet etus similitudinem. vel ipsum est similitudo. Rursus omnis cognoscens. ideo distincte producit. quia distincte cognoscit. non e conuerso. ergo ratio producendū non est ratio cognoscendi. Et iterum. aliqua cognoscit que ab ipso non sunt. propter hec et similia est alter dicendum. ideo est alia positio. et s; m sanctos et s; m philosophos q; deus cognoscit per pdeas et habet in se rationes et similitudines rerum quas cognoscit in quibus non tantum ipse cognoscit: sed etiam aspicientes in eum. et has rationes vocat Augustinus pdeas et causas primordiales.

10 **A**d intelligentiam autem obiectorum intelligendum q; pdea dicitur similitudo rei cognite. Similitudo autem dupliciter dicitur. Uno modo s; m convenientiam duorum in tertio. et hec est similitudo s; m vniocacionē. Alio modo est similitudo s; m q; vnum est similitudo alterius. et hec similitudo non concernit convenientiam in aliquo cōmuni: quia similitudo seipsa est similitudo non in tertio hoc modo dicitur creatura similitudo dei. vel e conuerso. de

similitudo creature. Hoc modo s; mendo similitudinem. similitudo est ratio cognoscendi et hec dicitur pdea. Sed aliter est in nobis. alter in deo. In nobis quidem ratio cognoscendi est similitudo cognitum est veritas. nam i nobis est similitudo accepta et impressa ab extrinseco. propter hoc q; intellectus non actus purus ideo fit in actu per aliquid cognitū quod est similitudo eius. In deo autem est e conuerso: quia ratio cognoscendi est ipsa veritas et cognitum est similitudo veritatis. scilicet ipsa creatura. Et quia ratio cognoscendi consistit in ipsa veritate prima. ideo ratio cognoscendi in deo est summe expressiva. Et quoniam omne id quod summe exprimit perfectissime assimilatur cognitum assimilatione competentis cognitioni. ideo p; q; ipsa veritas et hoc q; facit cognoscere est similitudo expressiva et pdea. E conuerso est i nobis: quia eos ipso quod est similitudo facit cognoscere. Et his patent obiecta. **Q**uia entis obijctur q; non est secundum pdeam singulis inuitens. dicendum q; Dionysius ex hoc non vult remouere rationem pdee a deo: sed vult dicere q; non sic est similitudo et differentia pdearum secundum singula s; m in nobis. **A**d illud q; obijctur q; nulla est convenientia vel similitudo dōm q; est similitudo vniocacionis sine p; m p; m p; m et similitudo imitacionis et expressiois. Similitudo p; m p; m nulla est omnino q; nihil est eō. Similitudo imitacionis est modica. quia in modo dico potest finitum imitari infinitum. unde semper maior est dissimilitudo s; m similitudo. Similitudo vero expressiois est summa. quia causatur ab itēto ne p; m p; m est. q; est ipsa expressio. ideo deo summe oia cognoscit. **A**d illud q; obijctur. q; nihil est eō. Similitudo p; m p; m. dōm q; est similitudo cāta a veritate rei extra. et de hac verū est q; nūq; ita pfecte exprimit s; m sicut ipsa res si pntia: liter eēt apud atam. et hac similitudine nō cognoscit deo. est alia similitudo q; est ipsa veritas expressiva cognitū. et eo similitudo quo veritas. et hec similitudo melius exprimit rem q; ipsa res seipsam exprimat. quia res ipsa accipit rationem expressiois ab illa: sed s; m hanc est perfectior cognitio. et hac cognoscit deus.

13 **A**d illud q; obijctur q; pdea est ad

regulãdũ r dirigendũ: dicẽdũ q̄ regu-
gulari r dirigi potest esse duplr. aut p
regulam differentem a directo r regu-
lato. et hec ponit imperfectionẽ. r pos-
sibilitatem erroris. Aut per regulã que
est idem q̄ regulatum et hec ponit im-
possibilitatem erroris. Quia em̄ regu-
la errare non potest. et deus est ipsa re-
gula et pdea. ideo impossibilis est eũ er-
rare. r sic p̄ q̄ pdea in deo non ponit
defectũ et imperfectionẽ. sed cõplẽmẽtũ

Questio. ii. Utrũ sit ponere
pluralitatem in
pdeis fm̄ rem. Et q̄ sic p̄. q̄ Augu. di-
cit q̄ pdeesunt forme eterne r incõmu-
tabiles. sed si sunt forme sunt plures. et
cũ forma dicat ipsũ qd̄ est pdea abso-
lute. tũc p̄ q̄ sint plures fm̄ id qd̄ sũt
absolute. ¶ Item pdea ẽ similitudo ex-
primens pdeatum fm̄ totũ. s̄ quecũ-
q̄ vnt et eidẽ fm̄ totũ sunt similia nul-
lo modo differũt abinuicẽ. ergo si pdea
olũ fm̄ id qd̄ est esset pna. tũc oia eẽnt
indifferentia. ¶ Item si pdea est vnum
qd̄ aut vna cõis aut vna propria similitu-
do. s̄ vna cõis. ergo et ipsam nũq̄
res distinguuntur. s̄ vna propria ergo
per ipsam nũq̄ plura cognoscuntur.

¶ Item si pdea est ratio cognoscendi.
sed vnumquodq̄ cognoscens cognosce-
scit fm̄ exigentiam rationis cognosce-
di. ergo si pdea est vnu quid. cũ in vno
non cadat distinctio. deus non cogno-
scit res distincte. sed indistincte. ¶ Cõ-
tra Augu. vi. de tri. Filius est ars que-
dam omnipotentis dei plena omnĩũ ra-
tionum vntentium. r omnia in ipsõ pũ
sunt. ¶ Item qd̄ perfectus est deo est attri-
buendum. sed perfectus est vno posse
cognoscere plura et operari q̄ plurib⁹
ergo deo est attribuendum. ergo deus
vna pdea cognoscat. ¶ Item in oĩ gñe
causæ status est in vno simplici. vt pote
in genere efficientis et finis. ergo cum
deus sit exemplar in quo est omnimor-
de status. ergo in deo est summavntitas
sed exemplar qd̄ cõtinet multa non est
oĩno vnu r simplex. ergo in diuino ex-
plari non est nisi vna pdea secundũ rem.

15 ¶ Rñ ad intelligentiam predictorũ est
notandũ q̄ hie fuit duplex opinio. Qui-
dam enim dixerũt q̄ idee in deo fm̄ rẽ
habent distinctionem. dixerũt enim q̄
est p̄siderare vniuersitatẽ formarum in
deo in aia. r in mũdo siue in materia et
in materia siue i vniuerso habet distins-

ctionem et p̄positionẽ r oppositõe. q̄
sunt ibi materialr. In aia vero huma-
na habent distinctionẽ et p̄positionẽ. s̄
non habent oppositõe. r hoc q̄ sunt
ibi aliquo modo spiritualiter. nō tñ ot-
no q̄ sunt a rebus extra. ideo est p̄posi-
tio. differunt em̄ ab aia. In deo habent
distinctionẽ sed nō p̄positionẽ nec op-
positionem propter sumam simplicitas-
tem. et q̄uis in deo sint distincte. sũt tñ
vnum exemplar sicut plures forme par-
ticulares in sigillo faciunt vnu sigillũ.
S̄ ista positio q̄uis in sui initio videat-
ur p̄habilis. in fine tñ p̄inet errorem.
Nam si in deo esset ponere pdeas reali-
ter differentes siue distinctas. tũc eẽt ibi
alia pluralitas realis q̄ sit pluralitas ap-
sonalis. qd̄ abhorret aures pie. Et de-
cas q̄ nō est pluralitatẽ absolutam po-
nere s̄ respectuã. tũc quero de illo res-
pectu aut est aliqd̄ aut nihil. Et nihil.
nulla est ibi realis distinctio. Si aliqd̄
non est dare nisi diuinã essentia. s̄ oia
essentialia in deo vnu sunt. Et id ẽ alia
positio q̄ pdeesunt vnu fm̄ rem. r hoc
p̄z sic. ¶ Idea in deo dicit similitudinem
q̄ est ratio cognoscẽdi. illa autẽ fm̄ rẽ ẽ
ipsa diuina veritas. sicut supra monstra-
tum ẽ. r q̄ illa ẽ vna. p̄ q̄ p̄ ea oēs pdees
vnu sũt. r hoc dicit Aug. expresse. q̄ in
illa arte oia sunt vnu. ¶ Ad illud q̄ qd̄
obiectũ q̄ sũt forme. vdm̄ q̄ forma dix-
plex est. s̄ forma q̄ est p̄fectio rei. r for-
ma exemplaris. Et Aug. accipit pdeas
in ratione forme p̄ forma exemplari. vtra-
q̄ tñ relatiue d̄. illa ad naturã quã ins-
format. sed ista ad exemplatũ. et id q̄ for-
ma dicitur ad alterẽ sicut similitudinem. qd̄
dicũtur plures forme nō ex hoc notat̄
q̄ in pdeis sit pluralitas fm̄ rẽ siue fm̄
id qd̄ sunt. s̄ fm̄ id ad qd̄ sunt. Lad ea q̄
sunt extra. s̄ rone p̄notatoz. p̄ sũt ipsa
pdeas. ¶ Ad illud qd̄ obiicitur q̄ pdea
est similitudo exprimens fm̄ totum. ergo.
go. r. c. Ad hoc est vnus modus dicẽdi
q̄ pdea non dicit similitudinem aliquã
per quam cognoscens assimilatur aliq̄
sed cui multa assimilantur. r multa pos-
sunt assimilari vni sicut si a forma sig-
gilli eadem sit expressio figure in ce-
ra. possunt esse ab eadẽ forma vna mul-
te et varie impressiones. secundum q̄
sigillum magis et minus imprimitur.
Sic in deo intelliguntur quomam multi-
tudo in rebus. venit secundum gradus
et approximationẽ ad ipsũ esse diuinũ.

18 Sed illud non sufficit dicere: quod deus facit
 oia diuersa secundum formam. non tamen secundum gradum
 et dignitatem. et illa cognoscit per unum secundum
 re. quod quidem est similitudo cogniti. Si tu
 dicas quod hoc est quod deus seipso cogno-
 scit sicut seipso agit. id sic uno agit mul-
 ta. ita uno cognoscit multa. Adhuc non
 est solutus: quia adhuc manet questio quod
 ipse deus possit assimilari multis. Pro-
 pter hoc dicendum quod similitudo quedam est
 secundum proprietatem generis. et de hac non est du-
 bium quod non potest esse una plurimum genere
 differetium. et hec est similitudo que exprimitur et
 cadit a re generis determinati. Alia est
 similitudo simpliciter et genus. et hec quia ad
 hoc genus non artatur qua ratione est huius.
 eadem ratio est ratione illius. et qua ratio est huius
 parte eadem ratio secundum totum. et talis similitudo
 deest diuina veritas. et ydea dei. Si
 tu queras quod hoc possit intelligi. aliqua
 liter intelligi potest quibus non possit aptari
 oino simile. Cui enim illa similitudo sit a:
 ctus purus. et ipsa veritas [sicut dictum
 est] et oia alia cognoscibilia quantumcumque
 quod nobilitas secundum id quod sunt apparent ad
 ipsam per modum passibilitatis. sicut unum
 secundum formam potest assimilari pluribus
 secundum naturam diuersis sic in proposito:
 to. una realis similitudo potest esse omni-
 um cognoscibilium et potest poni
 plurimum in luce aliquo modo. que una se-
 cundum numerum exprimit multas et va-
 rias species colorum. In cognitione au-
 tem nostra. quam se habet per modum pos-
 sibilitatis respectu cogniti. et quodammodo
 ininformabilis ab illo non potest inue-
 niri similitudo. immo inuenitur disti-
 mtilitudo et aspiciendo ad cognitionem no-
 stram videtur nobis in deo non esse in-
 telligibile. Ad illud quod queritur
 19 utrum illa similitudo sit propria vel com-
 munitas. Dicendum quod deus non dicitur
 causa vniuersalis nec particularis sim-
 pliciter. sed aliquid habet de nobilitate
 et cause vniuersalis qua potest in plu-
 rimos effectus. Similiter aliquid de cau-
 sa particulari. quia immediate et suffici-
 enter potest in effectum quemlibet. Sic
 in cognitione dei intelligendum quod nec
 omnino est vniuersalis. nec omnino in
 particulari. Similiter de similitudine et
 ydea intelligendum est quod communis est
 quantum ad differetiam et amplitudinem.
 propria vero quantum ad discretissimam ex-
 pressionem. Ratio huius est. quia est similitudo
 exprimens non impressa nec expressa. Quod o-

no exprimes. id summe exprimit et secundum omnes
 conditiones. Et rursus ex hoc quod non est
 expressa: id non est artata nec limitata. sed
 extendit se ad oia. sicut diuina essentia
 quibus tota sit in uno. non tamen sic est in uno
 sic quod non sit in alio. Ad illud quod obij-
 cit ultimo quod cognoscit secundum exigentias
 rationum. Modum quod sicut ratio cognoscendi
 est una. et tamen plura cognita distinctissimè
 me representat secundum proprias conditiones.
 sic diuina cognitio quantum ad modum co-
 gnoscendi que est in ipsa est una. et sim-
 plex non distincta. sed in proportionem ad obie-
 ctum distincte cognoscit. Quia ergo deus
 us cognoscit oia distincte. si distinctio
 ponit in cognitione per proportionem ad cogno-
 scentem falsa est. si autem per compa-
 rationem ad cognitum sic habet veritatem.

Questio. iii. Utrum in ydea sit pluralitas
 secundum rationem. Et quod sic ostenditur hoc
 modo. Augustinus. l. lxxviii. questionum dicit.
 Alia ratione conditus est homo. alia
 equus. ergo si ydea dicit ipsam rationem
 cognoscendi. necesse est quod plurificetur
 secundum rationem. Item: hoc ipsum
 ostenditur ex modo loquendi et diffini-
 endi. quia Augustinus loquitur in plurali: et
 diffinit in plurali ipsas ydeas. dicens
 quod sunt forme. ergo plurificantur re vel
 ratione. sed non re. ergo ratione. Item:
 ydea dicit similitudinem ad cognitum. sed
 similitudo quibus in deo sit quid absolu-
 tum. habet tamen modum dicendi ad
 alterum siue respectum. sed plurifica-
 tio similitudinis relative est a re cui al-
 similatur. ergo cum res ydeate sint plu-
 res. ydee sunt plures secundum ratio-
 nem dicendi. Item: deus antequam res
 producat distincte cognoscit et actu. sed
 non est distinctio in deo cognoscente
 nec in cognito. ergo oportet quod sit in ra-
 tione cognoscendi. Contra. Si est plu-
 rificatio secundum rationem cum non sit re
 tunc vel illa pluralitas non esse aliter
 panitas. Item: si est in hoc nomine
 ydea pluralitas. aut ratione eius quod
 est. aut ratione eius ad quod est. Ratio ra-
 tione eius quod est. quia est diuina essentia
 Si ratio eius ad quod est. ergo cum per
 huius et exemplar et ars dicant respectum
 ad creaturam. sicut secundum nomen debent
 plurificari. quod tamen falsum est. Item: si
 ydee sunt plures non propter significatum
 sed propter connotatum: tunc quero aut ge-
 neratum illud esse eternum aut temporale

- Si eternum, ergo videtur quod plura sint ab eterno. Si tunc ipse, ergo vel quod p[ro]p[ri]a n[on] dicat de deo nisi ex t[em]p[or]e, sicut nec d[omi]n[us] nec creator, nisi ex t[em]p[or]e. ¶ T[er]c[io] p[ro]p[ri]a de deo si sunt plures p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a, aut ergo s[im]p[li]c[iter] esse q[uo]d h[ab]it p[ro]p[ri]a in deo, aut i[n] p[ro]p[ri]o g[en]e[rali]. Si p[ro]p[ri]a esse q[uo]d h[ab]it in p[ro]p[ri]o g[en]e[rali], s[ed] n[on] h[ab]ent nisi ex t[em]p[or]e, ergo vel p[ro]p[ri]a non sunt plures nisi ex t[em]p[or]e, vel t[em]p[or]ale est cau[sa] eterna quor[um] v[er]u[m] est i[n]c[on]ueni[en]s.
- ¶ T[er]c[io] p[ro]p[ri]a aut d[omi]n[us] aliquid aut nihil. Si nihil, ergo nec pluralitate h[ab]et nec v[er]it[ate]. Si aliquid d[omi]n[us], s[ed] si sunt plures p[ro]p[ri]a s[un]t plures res, ergo si plures p[ro]p[ri]a s[un]t ab eterno, plures res s[un]t ab eterno, sed n[on] plures res p[ro]p[ri]a, q[ui]a p[ro]p[ri]a non d[omi]n[us] q[uo]d p[ro]p[ri]a, ergo plures e[ss]entialiter.
- 21 ¶ R[ati]o d[omi]n[us] q[uo]d sicut p[ro]p[ri]a ex p[re]dictis d[omi]n[us]. ¶ Q[ui]s in deo null[us] sit respectus ad creatur[am] a parte dei, t[ame]n c[on]tingit ipsam e[ss]entialiter significari in respectu ad creatur[am] p[er] multa no[m]i[n]a, nec t[ame]n hoc nom[en] siue vocabulum p[ro]p[ri]a est v[er]u[m] intelliged[um] t[ame]n est q[uo]d hoc nom[en] p[ro]p[ri]a significet d[omi]n[us] u[er]it[atem] e[ss]entialiter in comparatione siue in respectu ad creatur[am], p[ro]p[ri]a eni[m] est si[m]ilitudo rei cognite, que q[ui]s in deo sit quid absolutu[m]: t[ame]n s[ecundu]m modu[m] itell[ig]e[n]di d[omi]n[us] dicit respectu[m] mediu[m] inter cognoscens et cognitum q[ui]s ille respectus s[im]p[li]c[iter] rem plus se teneat ex parte cognoscens, q[ui]a est ipse deus, t[ame]n r[ati]o[n]e intell[ig]e[n]di siue dicendi, si[m]ilitudo plus se tenet ex parte cogniti, et quoniam cognoscens est v[er]u[m] et cognita sunt multa, id[circa] o[mn]es p[ro]p[ri]a in deo sunt v[er]u[m] s[ecundu]m r[ati]o[n]e, s[ed] t[ame]n plures s[im]p[li]c[iter] itell[ig]e[n]di siue dicendi. Unde p[re]cedende sunt o[mn]es r[ati]o[n]es in deo esse v[er]u[m] quid, sed non v[er]u[m] p[ro]p[ri]a siue rationem, s[ed] plures. ¶ Ad illud q[uo]d obi[ect]i q[ui] isti rationi nihil subest ex parte rei, dicendum q[uo]d falsum e[st], quia respectus subest ex parte dei e[ss]entialiter non respectus, ex parte vero creatur[ae] subest verus respectus, et ideo respectus ille signatus non inducit falsitatem sic pluralitatis respectu[m], q[ui]s non subit pluralitas ex parte dei, subest t[ame]n ex parte connotatorum, unde respectus ille sic pluralitatis n[on] h[ab]et falsitatem nec v[er]it[ate]. ¶ Ad illud q[uo]d obi[ect]i q[uo]d v[er]bu[m] et ars dicit respectu[m], d[omi]n[us] est q[uo]d dicit s[ed] aliter q[uo]d p[ro]p[ri]a vel r[ati]o, q[ui]a p[ro]p[ri]a siue r[ati]o cognoscit p[ro]p[ri]a se tenet s[im]p[li]c[iter] r[ati]o[n]e intell[ig]e[n]di ex parte cogniti. Si[m]ilitudo ei s[im]p[li]c[iter] q[uo]d h[ab]it n[on] d[omi]n[us] respectu[m] ad id in quo est s[ed] cui[us] est, sed v[er]bu[m] p[ro]p[ri]a se tenet a parte dicentis, sicut r[ati]o et ex[em]plar ex parte p[ro]ducentis et q[ui]a multa sunt cognita et v[er]u[m] cognoscens, id[circa] p[ro]p[ri]a sunt plures et ars t[ame]n v[er]u[m]. Vel aliter r[ati]o et p[ro]p[ri]a dicit respectu[m] ad res in quatuor distincte sunt n[on] sic alia vocabula. ¶ Ad illud quod obi[ect]i q[uo]d p[ro]p[ri]a sunt plura ab eterno, d[omi]n[us] q[uo]d pluralitas est i[n] d[omi]n[us] r[ati]o[n]e p[ro]p[ri]a, s[ed] de p[ro]p[ri]a est loqui dupl[ic]iter, aut i[n] qua[m] t[ame]n sunt aut in quatuor p[ro]p[ri]a, in quatuor t[ame]n sunt, sic sunt s[ol]u[m] ex t[em]p[or]e, in quatuor aut p[ro]p[ri]a[n]t, sic sunt p[ro]p[ri]a et eternaliter et t[em]p[or]aliter. Eternaliter q[ui] respectus imponitur i[n] habitu, sicut p[er] hoc nom[en] p[ro]p[ri]a p[re]destinatio, id[circa] p[re]destinatio est eterna, q[ui]a p[ro]p[ri]a effectus n[on] in actu sed in habitu. Ipse p[ro]p[ri]a q[ui] respectus p[ro]p[ri]a in actu sicut p[er] hoc v[er]bu[m] creare, q[ui]a s[ed] si p[ro]p[ri]a t[em]p[or]a ut futura sunt, et futura sunt multa, id[circa] p[ro]p[ri]a[n]t, s[ed] t[ame]n sic p[ro]p[ri]a q[ui] ut ab eterno p[ro]p[ri]a[n]t, n[on] t[ame]n sunt ab eterno sed ex t[em]p[or]e, ita multitudo connotatorum q[ui]s ab eterno dicatur, t[ame]n n[on] ponit reale multitudin[em] nisi ex t[em]p[or]e. ¶ Ad illud q[uo]d queritur v[er]u[m] s[im]p[li]c[iter] esse p[ro]p[ri]a sunt plures, dicitur q[uo]d sic s[ecundu]m esse quod habetur sunt res p[ro]p[ri]a et in p[ro]p[ri]o g[en]e[rali], et q[ui]s illud n[on] habeat nisi ex t[em]p[or]e t[ame]n ab eterno fuerunt habiturae, et p[ro]p[ri]a sunt reru[m] ut future sunt, it[em] intelliguntur non t[ame]n plures ex t[em]p[or]e p[er] numerat[um] ab eterno. Sic differt p[re]destinatio[n]em fuisse ab eterno et reprobat[um] non ratione eius q[uo]d fuit ab eterno, sed ratione eius quod futur[us] erat ex tempore. ¶ Ad illud quod obi[ect]i si plures p[ro]p[ri]a, ergo plures res, dicitur q[uo]d p[ro]p[ri]a non dicit tantu[m] quid est, s[ed] respectum ad id quod futurum est, vel eti[am] p[ro]p[ri]a esse r[ati]o[n]e illius respectus recipit pluralitatem, et q[ui]a ille nihil ponit in actu sed s[ol]u[m] in potentia, hinc est q[uo]d pluralitas p[ro]p[ri]a eterna non ponit aliquam pluralitatem actualem, sicut non ponitur si dicit q[uo]d p[ro]p[ri]a facere plura, sed hoc nomen res absolute[m] ponit quod dicit, et id[circa] cum dicit plures res esse, ponitur pluralitas in actu, et ideo argumentum n[on] valet: et id[circa] est t[ame]n quid et s[im]p[li]c[iter]. Sicut si dicatur plura sunt possibilis deo, vel plura sunt cognita, ergo plura s[un]t, nec sic valet, p[ro]p[ri]a

res pdee sunt. ergo plures res sunt. qz pdee non sūt plures rōne eius qd sunt sed rōne eius ad quod sunt.

Questio. iiii. **U**trum pdee plurificetur

ppationē ad pdeata scdm multitudinē pdeatorū quātū ad diuersitatē vltū vel singulariū. Et q singulariū vltū p pdeas est ratio distinguēdi. s; de9 nō tm distinguunt vniuersale ab vniuersali. sed etiā singulare a singulari. s; qz distingunt vniuersale ab vniuersali. id hz plurimum vniuersaliū pdeas r rōnes. vñ alia ratione pditus est equus alia rōne conditus est homo. ergo. r. ¶ Itē cognitio rei verissima est rei fm totalitate. sed singulare aliquid addit supra vniuersale. ergo cū de9 totū cognoscat non tm habet pdeam vniuersalis s; etiā superadditi. s. singularis. s; r et alteri9 singularis. ergo si addita sunt diuersa scdm rationē siue multitudinē pdeale. patet. r. ¶ Itē de9 quosdā ex hoib9 pdestinat. quosdā reprobat. sed alia rōne quosdā predestinat. r alia rōne quosdā reprobat. ergo fm altam rōnē r pdeam sunt presciti et predestinati in deo. sed hec est diuersitas individualis siue numeralis. r. ¶ Itē pdeas multiplicatur in diuina rōne respectus et relationis ad pdeatum. ergo multiplicatio pno multiplicatur r reliquū. cū homo q est pdeatū multiplicetur in diuersis individuis. fm rem multiplicabit pdeas respectu illo9 fm rōnem. ¶ Contra: Aug. ad nebūdū dico quātū ad hoies faciedum pertinet. tm quādā hois non meā vel tuam tbi esse rationē. s; multiplicatio vel distinctio pdeatorū atēditur solum fm diuersitatē vniuersaliū. ¶ Itē artifex creat p pna pdeā p ducit mltā. s; cū hō sit nobilitatē de9 pna re r rōe multa diuerso nūero p ducit. ¶ Itē singulare est p singularē ē cōpositiū vniuersali. ergo si est pdea in deo singularis vt singularis. tūc ergo est vna pdea altera simplicior. s; hoc est incōueniēs. s; r. ¶ Item singulare magis proprium est vniuersale. si ergo in deo est pdeas vniuersalis vt vniuersalis et singularis vt singularis. ergo vna pdea cōis altera propria. sed commune pūis ē r simplicius est qz proprium. ergo vna pdea est altera pno et simplicior. ergo i deo est ponere ordinem et ppositionē essentialē. r. ¶ Rñ. dicēdū q pdea in deo

fm rem est diuina veritas. scdm rōnem intelligendū est similitudo cogniti. hec aut similitudo est rō expressiua cognoscendū non tm vniuersale sed etiam singulare qnta nō sit vniuersalis nec singularis. sicut nec deus. et id nō tm ē similitudo vltis et vniuersale est. sed etiā singularis vt singularē. et id qz sicut do est vt rōnē. nō solū multiplicatur fm multitudinē vniuersaliū. s; etiā singulariū. Et hoc est qd dicit Aug. ad nebūdū. dico quātū ad hoies faciendū pertinet. hois tm esse rōnē quātū vero ad ordinem tps partas hoim rōnes in illa sinceritate viuere. Et hoc pty solutio illius verbi Augu. qz Augusti. dicit q qnta vniuersalis vt vniuersale ē vna sit pdea. tm singulariū vt singularis sūt plures. Unde ibidem dicit q si quis velit facere angulū sufficit habere angulū rationē. Si quis aut velit pingere quadrangulū. necesse est q rationē habeat quattuor angulorū. ¶ Ad illud ergo qd obijctur q artifex creat p ducit multa per vna pdeam. dicendū q hoc facit per applicationē ipsi9 ad diuersas materias. vñ si hz solū pdeam vna impossibile est intelligere q scdm illam simpliciter aspectu cognoscat diuersa. deus aut simpliciter aspectu cognoscat singularis vt diuersa. ita q scdm totū r fm pntas differentias r ppietates. id nō est sile. ¶ Ad illud qd obijct de ppositione et pnotate. dicēdū q nec scdm rem nec scdm rōnē opz q pdea habeat pdeas p ppietates. nā rei corporeals est similitudo spūalis. r ppositi ē similitudo simplex. et in creaturis. id nō oportet q vna pdea sit simplicior vt pno. Similitudo tm secundum rōnē intelligēdi hz ppietate pdeati scdm distinctionē. tm ppter correlationem qz oportet q pno relatiuorū multiplicato multiplicetur r reliquum saltem secundum rationem. tum etiam quia similitudo illa est ratio exprimens di et distinguēdi. et deo qnta recipiat ppietas distinctiua. nō opz tm de alijs.

Questio. v. **U**trū i deo sit p

nerē multitudinem pdearū scdm numerū finitū vel infinitū. Et q scdm numerū finitū vt Aug. ix. de ciuit. dei. vna est sapientia i qua infiniti sunt thesauri oim rerum intelligibilium. ¶ Item Augu. vi. de tri. dicit q filius est ars plera oimū rationum videntū. s; pstat q ars illa est infinita

sa. ergo nō implet nisi infinitis. ergo
 sunt infinites rōnes. ¶ Itē dicitur vñ qz
 pstat qz deus cognoscit oēs spēs nu-
 meri. ergo oēs habent ydeas in deo. s; spēs
 numeri sunt infinite. ergo rē. Si
 dicas qz sunt infinite spēs quo ad nos
 nō scdm rē. Lōtra. ponat qz oēs species
 nūmeri sint i re hoc posita: de necessita-
 te seqt qz infinite simp̄r actu sint er-
 go si oīm species numeri sunt in deo
 ydeae. r sunt infinite actu. p; rē. ¶ Itē
 deus potest infinita pducere. s; nihil
 pōt producere cui nō habeat cog-
 nitōnē r ydeam. ergo cū habeat ydeas
 infinitas. sed plurtū sunt ydeae plures
 ergo infinitas sunt infinite. ¶ Itē oī
 bus finitis possunt excogitari plura.
 qz oī finito pōt excogitari aliquid ma-
 ius sed nec de9 nec hō habet plura co-
 gitare his q de9 cognoscit. qz tūc dei
 scia nō esset summa. r si hoc cū cogno-
 scat p ydeas p; rē. ¶ Lōtra. Au. xl. de
 ciuit. dei. Quicqd scit sciētis cōphēsi-
 o ne finit. sed pstat qz rōnes cogitēt sci-
 unt ergo finitū s; qz cū finitū sūt fini-
 ta. ergo rē. ¶ Itē multitudo ydearū est
 s; multitudo ydearū sed pstat oīa a-
 lia pstatā deo de necessitate eē finita
 actu. ergo sūt r ydeas. ¶ Itē vbi est i-
 finitas. ibi est p̄fuso et inordinatio. s; in
 exēplari eīno nulla cadit p̄fuso nec
 inordinatio rē. Itē ponere infinitatez
 actu in creatura est ponere imperfectio-
 nē. Unde oē creatū eo est finitū quo p-
 fectū. sed oīs p̄ditio imperfectōis est a
 deo relegāda. ergo rē. ¶ Rñ. dōm qz
 sicut dicitur in sō. diuine sapientie non est
 numerus. iac per hoc nec ratiōnū per
 quās diuina sapientia cognoscit: r qm
 nō habent numerū nō sunt numerabi-
 les. ideo nō sūt in numero finito. Et
 concedende sunt rōnes r autoritates
 ad hoc inducte. ¶ Ad illud qd obijcit qz
 oē scibile est finitum. dōm qz oē scibi-
 le p̄ comprehensionē est finitum p̄p̄-
 hendēt. rationes autē eterne p̄prehē-
 sionē a solo deo sciuntur. ideo soli dō
 sunt finite. sed quemadmodum nō se-
 quitur. hoc equatur infinito. ergo est
 finitum. immo est ibi quid r simp̄r. r
 potius sequitur oppositū. ergo nō est
 finitum. sc̄ etā est in p̄posito iudican-
 dum. Rationes autē ille sunt compre-
 hensibiles ab aliquo intellectu finito.
 ideo p; illud. ¶ Ad illud qd obijcit qz
 multitudo ydearū est a multitudine

ydearū. Dicendum qz sicut dicitur est.
 nō venit a multitudine ydearū in:
 quātū creata. sed inquantū connotata
 ydea aut nō ydeata p̄n̄t sc̄ potētia
 lēxistentiā. sed solū scdm potēntiam
 r qz deus pōt facere infinite spēs nū-
 m̄ faciat nisi finita. ideo ydeae vel ratio-
 nes cognoscendi sunt in deo infinite.
 qz nō tñ sunt entitū vel futurorū. s; om-
 nitum deo possibilium. Nihil em̄ potest
 deus qd non actu cognoscat. ¶ Ad illud
 qd obijcit qz infinite sunt cō-
 fusionē. Dicendum qz est ponere infi-
 nitatē sc̄ dicitur dicitur realē. r sic p̄i-
 uat r distinctionem r ordinem si ponat
 tur actu. sed multitudo ydearū non
 est rerum diuersarū. sed dicitur immā-
 nitatem diuine veritatis in exprīmēdo
 r cognoscēdo omne qd est deo possibi-
 le. r hoc quiddē sc̄ rē r actum est vñ
 id nō est cōfuso. ¶ Ad illud qd obij-
 citur qz imperfectio est infinitas in
 creatura. dōm qz spēs sūt imperfectio-
 nis in creatura. non tñ est in creatore.
 qz est intelligere infinitatē per defe-
 ctū. r per excessum. Infinitas per de-
 fectum pōt esse in creatura p̄t in ma-
 iorā. r hoc est imperfectio. hoc autē
 nullatenus est in creatore. Infinitas
 autē per excessum non pōt simpliciter eē
 in creatura. qm̄ habet esse creatum et
 compositum r limitatū. deus autē nō
 h̄t horū habet. et ideo habet infinita-
 tem. r hoc est summe perfectionis.

Questio. vi. vltima vltima

in ydeis sic
 ponere numerum ordinatū. r qz sic vñ
 Aug. alia ratiōe p̄ditus est hō qz equus
 quis alius est homo. alius equus. er-
 go cū hō sit nobilitor equo. part r de no-
 bilitor ydea vel rōne est cōditus hō qz
 equus. sed vbi est magis nobile et mi-
 nus ibi est ordo. ergo rē. ¶ Itē: sicut
 deus p ydeas cognoscit r pducit res
 distinctas. ita cognoscit r pducit res
 ordinatas. ergo sicut ponitur plurali-
 tas in ydeis ex pluralitate cognitorū
 ydearū. ita dicitur ponitur ordo ex ordine.
 ¶ Itē vbi ē pluralitas sine distinctio-
 autē est ordo. aut inordinatio. s; in deo
 non cadit inordinatio nec cōfuso. er-
 go in deo h̄nt ordinem. ¶ Lōtra. ydeae
 sunt plures. qz p eas deus distincte co-
 gnoscit sed de9 nō cognoscit vñ post
 aliud. sed oīa simul. ergo ydeae h̄nt in
 deo simultatē. ¶ Itē si est ordo. aut er

go positatis. aut dignitatis. aut origi-
nis. Ad proutat. qz tuc esset vna pdea
altera posteriori qd est in cōcunctens di-
cere. Ad nobilitatis. qz q̄libet in deo ē
summe nobilis. Ad originis. qz si vna
de altera oriē. tunc esset ibi vere di-
stinctio scdm rē. ergo nullo mō vt v̄f
est in eis ordo. ¶ Tē oīs infinitas aut
oīno patiat ordinē aut tollit pfectionē
ab ordine. qz tollit statū r̄ p̄lemētum.
sed in pdeis est infinitas vt v̄f est in
alio p̄leumate. ergo aut nullus ordo
aut in cōpletus. sed nō in cōpletus. er-
go nullus. ¶ Rñ. dōm sicut tactū est
in opponendo non est ordo i pdeis si-
ne rōnibus cognoscendi adinucē nec
scōz ordinē nec scōz rōnem h̄nt q̄ppe
ordinē p̄dee ad p̄deata sed adinucē nō
qm̄ vna p̄to: sit altera. nec posterior.
nec est vna ab alta. nec nobilitior est. et
tō nō ponit ibi ordo. Et rō h̄nt est qz
p̄dee dicunt respectū ad res cognitās
de rōne sui noīs. r̄ q̄ ille sunt plures.
tō p̄dee ex primo respectu nō s̄ plures
sunt s̄ ordo dicit nouum respectū r̄ no
nā habitudinē cū vna p̄dea cōparat
ad altam. r̄ qm̄ illa respectu circūscrit
pro q̄ ē ad p̄deata. in deo p̄dee simplr
sunt vni. nec h̄nt ordinē adinucē tō
nō est p̄cedēdū q̄ p̄dee habeāt plura:
litarē cū ordinē adinucē. ¶ Ad illud
qd obijcitur q̄ alia r̄ alia est p̄dea: qz
altus est h̄ō: altus est equus r̄c. dōm
q̄ nō ē h̄ō. Similitudo ei eo q̄ ad alter
cōparatur habet distinctio. sed nō ha-
bet nobilitati ab illo ad qd cōparat. r̄
qm̄ p̄deahōs nihil recipit ab hōse nec
p̄dea eq̄ ab equo. tō vna nō d̄: alia no-
bilitior. ¶ Ad illd qd obijcitur q̄ de r̄ co-
gnoscit res ordinatas. dōz q̄ q̄nter res
ordinatas cognoscit. tñ simul r̄ eque
nobilitat cognoscit r̄ tō sicut ponebat
distinctio in pdeis. qz distincte p̄ eas
cognoscebat ita d̄z ponit similitas r̄ es-
qualis nobilitas. qz simul et eque no-
bilitat cognoscit. r̄ ita non debet po-
ni ordo. Sicut enim q̄nter deus cogno-
scit res albas. nō sunt p̄dee albe i deo
sic q̄nter cognoscit ordinatas. nō opz
q̄ sint i deo ordinate. ¶ Ad illd qd ob-
ijcitur q̄ vbiē pluralitas sine ordie
ē p̄fuso r̄ inordinatio: dōm q̄ falsum
ē. qz p̄t̄ ibi esse similitas. r̄ sic ē i p̄de-
is: qz oēs vni s̄nt r̄ tō h̄nt ēē i ordiatio

Distinctio xxxvi. Quomō res
sunt i deo.



Olet hic q̄ri cū oīs dicant
eē i deo cognōe sup̄ egit
mḡt d̄ cogitōe dei q̄ cogi-
scit creata oīa r̄ qm̄ cogni-
tū d̄f esse in cognoscente.
ideo d̄et̄rminat h̄c sc̄do

Quasit res
dicantur esse in
deo a parte eius
in quo sūt v̄r̄. s.
sint in dei essen-
tia sicut sūt i dei
prescientia. a

quō res sunt in
deō. Et qm̄ res
create non tātū
d̄nt esse in deo
sed ēt ex deo. et
per deum. ideo
primo agit de
existētia rerū
in deo. sc̄do de
r̄ comparat ad
altas habitudinē
nes. s̄ ex ip̄o et
per ipsum. ibi.
Proinde si d̄lts
genter inspiciā
mus. prima p̄
habet duas. In
prima ostendit
qualiter res d̄
cantur eē i deo
a parte eius in
quo sunt. v̄r̄
sc̄l̄z sunt in dei
eētia sicut sūt
in dei prescien-
tia. In secunda
qualiter dicant
esse i deo a par-
te ipsarum rerū.
ibi: Post predictā
cta q̄rit cū oīs
dicant eē i deo.
vbi q̄rit. v̄trum



Olet hic q̄ri
cū oīs
dicantur esse in
deō a parte eius
in quo sūt v̄r̄. s.
sint in dei essen-
tia sicut sūt i dei
prescientia. a

Quasit res
dicantur esse in
deō a parte eius
in quo sūt v̄r̄. s.
sint in dei essen-
tia sicut sūt i dei
prescientia. a

malā sint in deo. r̄ soluit q̄ nō. Quilibz
harū partū p̄t̄ d̄uidi. qm̄ primo que-
rit r̄ opponit. r̄ postmodū determinat
r̄ partes manifeste sunt i littera. Sc̄da
quoz pars i qua comparat hoc quod
esse i deo ad altas habitudines ipor-
tatas per alias prepositiones. h̄z quat-
tuor partes. In prima ostendit homin-
trium. conueniētā. In sc̄da differētā
r̄ apparitionem ibi. Preterea sciendū
est. In tertia differētiam eius qd dicit
tur de ip̄o ad hoc qd dicitur ex ip̄o o-
stendit. ibi. Illud etiam h̄c annexen-
dum. In quarta breuiter predicta epi-
logat. ibi. In premissis apertum est. Et
hec pars p̄t̄ d̄uidi contra totam p̄e-
cedentem. Intellectus partū p̄z i l̄ra.

Dist. 36.

55

36

17

a Del cogno
 tio ei⁹ vtiq³ es
 sēta est. nec tñ
 oia q̄ sunt i co
 gnitione r. sūt
 in eius essentia
 Ut hīc male di
 cere, qz hoc ar
 gumentū v̄ eē
 necessariū. si a
 aliq̄ duo sūt oī
 no eadem. si a
 liquid est i vno
 r in alio. Si dī
 cas q̄ differūt
 penes pnotata
 v̄ falsū. qz dei
 p̄scia nō pnotat
 Del si dicas q̄
 p̄scia cōno
 tatobi cū de
 hoc note deus.
 qd̄ non pnotat
 r cū dīcūt oīa
 esse in deo. er
 go pari ratione
 r in essētia p̄e
 tera cōtra ma
 gistrum v̄ esse
 verbum Ansel.
 i mono. qz crea
 tura in creato
 re est creatrix
 eētia. ergo v̄
 qz vere sint in
 dei essentia.

Rñ. dōz q̄ hec
 prepositio in a
 litquando con
 notat inherens
 tiam. vt si dica
 tur accidens in
 subiecto. Alī
 quando conno
 tat i dentitatez.
 vt si dicatur. p
 dee rerum sunt
 in deo. que sunt
 deus nō a deo.
 Aliquando cō
 notat causalita
 tem vt si dica
 tur creature
 sunt in ip̄o deo.
 Et potest hec p̄
 positio in: de

m⁹. qz dei cogno
 tio ei⁹ vtiq³ eēn
 tia est. r ei⁹ p̄scia
 in qua sunt oīa.
 ipsi⁹ cognitio est
 nec tñ oīa q̄ sunt
 in eius p̄scia vel
 cognitione. i ei⁹
 eētia eēdici dñt
 Si ei hoc dicere
 tar: intelligerētur
 esse eiusdē cū eo
 essentie. In deo
 ei d̄ esse per eēn
 tiā qd̄ est diuina
 essentia qd̄ ē de⁹
 hz ergo de⁹ ap̄
 se in p̄scia sua: q̄
 non hz i sui natu
 ra. Un̄ Augu. de
 verbis apli ita
 ait. Elegit nos
 añ mūdi cōstitu
 tionē. Quis sus
 ficit hoc explica
 re. Eligantur q̄
 non sunt nec er
 rat qui elegit nec
 vane elegit. ele
 git tñ r habet ele
 ctos quos crea
 turus est eligen
 dos quos habu
 it apud semetip
 sum non in natu
 ra sua. s̄ p̄scia
 sua. Nōdū erant
 q̄b⁹ p̄mittebat.
 s̄ ipsi p̄missi sūt
 q̄b⁹ p̄mittebat.
 Ecce hic apte d̄t
 deū apud semet
 ip̄m h̄re electos
 añ mundū. nō i

natura sua: s̄ i p̄
 scia sua. cū tñ e
 ius p̄ntia nō ali
 ud sit q̄ eius na
 tura. qz ipsi⁹ p̄e
 scia ē ei⁹ noticia
 Potest tñ ad ele
 ctos referri cum
 ait. In natura
 sua. i. illozū illos
 quippe habuit
 ab eterno apud
 se. n̄ in nā sua. i.
 illoz. qz nōdū e
 rāt. s̄ i sua p̄scia
 qz eos ita nouit
 ac si essent.

& Quatr res
 dicā eē in deo a
 pte ipsūmet rex
 vix. i. mala dēat
 dici eē in deo vbi
 sūt oīa bona cū
 vtraq³ sint in ei⁹
 cognitione r p̄e
 scientia. oīa enī
 cognoscit. b

C Post predicta
 q̄rit cū oīa dicā
 tur esse in deo:
 nō p̄ essentiā na
 ture. s̄ p̄ cogni
 tionē scie. et de⁹
 sciat bōa r mala
 vtrū p̄cedēdū sit
 simplr mala eē i
 deo. siue eē i deo
 p̄ cognitionem.
 Scit ei de⁹ r sci
 uit s̄ oīa tā bōa
 q̄ mala. ecce añ
 q̄ fierēt. et p̄sci
 uit ab etno ea fu

et s̄m q̄ctuo: ge
 nera causarū. s̄
 in deo non dicit
 nisi s̄ tria. Qm̄
 ergo causa dis
 cit respectū ad
 creaturā s̄m ra
 tionem intellē
 gendī. ideo hec
 prepositio in. s̄
 qz dicit causalē
 tatem. non ad
 dicitur nisi termi
 nis dicentibus
 respectum ad
 creaturam. Et
 quoniam nomē
 substantie vel
 nature vel esse
 tie non dicit re
 spectum. ideo si
 dicantur crea
 ture sunt in dei
 substantia. hec
 p̄positio in. aut
 notat identita
 tem aut inherē
 tiam quorum p̄
 trumq³ falsum
 est. r ideo tales
 locutiones non
 recipiuntur. r i
 illo argumento
 est sophisma s̄
 accidens. ideo
 dicit magister
 qz non valet. q̄
 nis enim idem
 sint re. differūt
 tamen in modo
 significandi r i
 telligēdi. Qd̄
 illud quod obi
 citur qz de⁹ non
 dicit respectū.
 dīcēdum qz fal
 sum est. quia im
 ponitur ab actū
 quem habet ad
 creaturā. sicut
 dicit. Wamasee.
 Unde bene dicit
 tur. deus crea
 turarum. Qd̄
 illud qd̄ obi
 cit qz creatura in

creatore est creatrix essentia. Dicēdū
q̄ creaturam in creatore esse est p̄ dea;
vel similitudinem eius apud reū esse. r
Anf. vult dicere q̄ similitudo illa ē crea
trix essentia non q̄ illa creatura sit es
sentia. vnde bñ

cōcedendū ē q̄
p̄ eorum sunt
in diuina essentia
q̄ i notat idē
titatē r̄ere sed
hoc non p̄t dī
ci s̄ creatura se
cūdū esse q̄ h̄
ta proprio gñe.
bñ Illa enī es
sei deo itelligē
tur que ex ipso
et p̄ ipsum sunt.
Videl male dī
cere. quia cū ta
lia non sunt nisi
presentia. ergo i
deo non sunt ni
sī ea q̄ presentia
liter existunt q̄
est m̄ifeste fal
sum. r̄ cōtra Au
gust. qui dicit q̄
res sūt i deo ab
eterno s̄ dicas
q̄ accipit esse i
deo vt in confer
uāte. q̄ sic acci
pit a plūs in pre
fata auctoritate.
ex ipso et per ip
sum r̄ i ipso tūc
nihil facit ad p̄
positum. q̄ mag
gister accipit eē
in. secūdū q̄ dī
cuntur res esse
in deo eternalit
ter. s̄ tu dicas
q̄ res actualit
sunt ex deo vel

perdes ex tpe. s̄ habitūdinafr̄ ab eter
no. tūc q̄ro qualr̄ actualr̄ sūt i deo ab
eterno et non eternaliter ex deo vel p̄
deum. ¶ Respon. dicendū q̄ esse ex
deo. vel per deum potest accipi vel se
cundum aptitudinem. v̄l secūdū actū
vel secūdum habitum. s̄ i secūdum
actum sic predicta auctoritas nō est in
telligenda precise q̄ illa sola sit in deo.

Ideoq̄ cū
oia bona dixim⁹
esse i deo p̄ p̄
tē i cognitionis
eandē rōne. v̄l
dicēdū oia mala
esse in eo. cū ea
semp nouerit. r̄
per cognitionez
ei p̄ntia fuerint.
p̄recognouit ei
deus ab eterno
quosdam futu
ros malos. r̄ eo
rum maliciā (vt
ait Augu.) p̄sci
uit s̄ nō p̄para
uit Cū ergo p̄cā
oim sciat. nūq̄d
intelligendū est
ea includi in il
la gñalitate lo
cutiōis. qua di
xit apl's oia esse
in deo. Ex ipso i
quit et p̄ ipm et
in ipso sunt oia.
sed q̄s nisi infa
nus dixerit ma
la esse in deo.

que sunt ex deo vel per deum. q̄ multa
deus cognoscit. que sunt in deo. que ta
men non sunt ex ipso nec per ipsū; nec
erunt. potest iterum accipi secundum
habitum. r̄ sic adhuc non est intelligen

da precise. quia
multa deus co
gnoscit r̄ potest
facere que non
faciet. et tamen
sunt in ipso. nec
vñq̄ erunt ex ip
so nec per ipsū.
potest iterū in
telligi secundū
aptitudinem. et
tunc precise har
bet veritates. q̄
nihil est in deo.
nisi sit aptū esse
in deo. r̄ per ip
sum. r̄ sic valet
ad p̄positum.
et sic intelligit
magister. et per
hoc excludūtur
mala. quia deus
non potest face
re mala. nec ma
la possunt eē ex
ipso nec per ip
sum. Quod que
ritur quare non
dicuntur res e
ternaliter eē ex
deo. etcetera.
Dicendū q̄ nō
est simile. q̄ alte
propositiones si
gnificant p̄ mo
dum fieri r̄ mo
tus et actus. sed
hec p̄positio in.
per modum q̄s
tis. Et quoniam
deus nō fecit nē
si ex tēpore. nec

fuit causa actualiterr̄ causans. nisi ex
ex tpe. s̄ p̄studiatr̄ ab etno. ideo magis
dicunt res eternaliter in deo q̄ ex deo.
¶ Mala nō sūt i deo r̄ paulopost subitū
git. bōa cognoscit et p̄ approbatōez r̄ p̄ bñ
plactū. mala v̄o nō supple cognoscit de p̄
approbatōez. v̄l male dicē. q̄ approba
tio respic̄ volūtātē. s̄ eē i dō respic̄ ab
etno ex p̄laritatē q̄ noticia approbatō

Rñ. q̄ ins
telligant
eē in deo

p̄. 138.

6

p̄. 74.

7

Rñ. II.

p̄. 74.

ntentibus ad hoc
facit. Itē magis
videt̄ insufficientes
in diuisione diuine
cognitionis.
q̄ sicut bona co
gnoscunt̄ noti
cia approbatio
nis. ita mala no
ticia reprobatio
nis. ¶ Item: ap
probatio aut̄ ni
hil aut̄ aliqd̄ ad
dit̄ supra notici
am simpl̄r aut̄
nō. Et si non. er
go nō est in deo
distinguer̄e no
ticiā ⁊ noticiam
approbationis.
¶ Itē: si nichil
addit̄ ergo sicut
sunt̄ i deo q̄ co
gnoscit̄ approbā
do. ita etiā illa q̄
coḡscit̄ simpl̄ci
ter. Si aliqd̄ ad
dit̄. ergo videt̄
q̄ diuina notici
a sit̄ cōposita.
Si dicas q̄ ad
dit̄ s̄m̄ intell̄m̄.
sed intellect̄ nō
ster̄ nō facit̄ res
esse in deo ergo
nec noticia ap
probationis.
¶ Rñ. d̄s q̄ ap
probatio sup̄ co
gnitionē s̄m̄ in
tellect̄m̄ addit̄
beneplacitū vo
luntatis. hic au
tē beneplacituz
cōnotat̄ bonitas
ēē in deo resp̄s
ctu cuius est. q̄
deo nō placet̄ n̄
si bonū: et eē bo
num in quātum
h̄m̄ d̄i deo simi
le est. si q̄ p̄dea
dicit̄ rationē co
gnoscendī secu
dum assimilatio
nem. omnia que

ritatis abscondū
tur. S̄z quō p̄cā
a lumie veritat̄
diuine abscondun
tur cū a deo scia
tur. Si em̄ non
sciret quō de ill
iudicaret: ⁊ p̄ il
lis malos dāna
ret Alibi p̄ph̄ia
Q̄: neq̄ ab oriē
te neq̄ ab occi
dente deest. Q̄
exponēs castio
dor: iquit. Ne
q̄ a bonis neq̄
a malis deest de
us. s̄z oib̄ p̄ns
⁊ genitor est.
¶ Q̄ non ita
cognoscit̄ deus
mala vt̄ bōa. q̄
mala tm̄ p̄ scien
tiā. bona s̄o per
probationem et
beneplacitū.
¶ Cognoscit̄ er
go de⁹ ⁊ bona ⁊
mala p̄ sciam. s̄z
bona cognoscit̄
etiā p̄ approba
tionē et p̄ bñpla
citū. mala vero
nō. Vñ Cassiod.
sup̄ p̄s̄ d̄t̄ p̄cā
abscondit̄ a deo
sunt. q̄ non no
uit. i. non appro
bat Et ex eo s̄s̄u
Aug. dixit̄ ea ab
scōdita a lumie
dei. Qui ē t̄ i lib.
ad heluidiū in si
nuat̄ cognitionēz

dei varijs mo
dis accipiendā
inq̄ens. Si ad
sciaz referas. nō
ignorat de⁹ ali
quosyl̄ aliqua.
q̄ t̄m̄ i iudicio q̄
busdā dicit̄ Nō
nouī vos s̄z eoz
improbatio hoc
s̄bo isinuata ē.
Ecce nō cogno
scere d̄: de⁹ qui
non approbat q̄
ei nō placēt. Ap
paret̄ itaq̄ verū
esse q̄ diximus
s̄z q̄ q̄dāmō co
gnoscit̄ de⁹ bo
na. quo n̄ cogno
scit̄ mala. Parti
ter q̄daz vtraq̄
eodez mō nescit̄
quantū ad noti
ciā. s̄z bona etiā
approbatōē bñ
placito coḡscit̄.
¶ Quare bo
na tm̄ dicantur
esse in deo et nō
mala.
¶ Et ide ē q̄ bo
na tm̄ dicantur
esse i deo nō ma
la. et illa prope
hec longe. q̄ s̄z
in deo aliqua di
cantur esse pro
pter cognitionis
p̄ntiā et de⁹ bo
na ⁊ mala cogno
scat. mala tamē
nō cognoscit̄ ni
si per noticiam.

deus cognoscit̄
noticia approba
tionis sunt i ip
so. Sed notādū
q̄ approbatō po
test̄ cōnotare vo
luntate in actu et
sic non est p̄ct̄
se verū q̄ oē q̄
est in deo sit̄ co
gnitū noticiā ap
probatiōis. Pos
test̄ iterum cons
notare bonitatē
in potētia sicut
exemplar conno
tat̄ rei entitates
non q̄ sic. sed q̄
deus potest̄ eas
facere et sic ni
hil est i deo nisi
quod cognoscit̄
noticia approba
tionis. q̄ sic co
gnoscit̄ omne bo
num quod ē vel
quod potest̄ fas
cere ⁊ illius has
bet exemplar. et
ideo illud tantū
est in deo. ¶ Ad
ergo obicit̄ q̄
voluntas nō fac
cit̄ q̄ sint in deo
dicendū q̄ hoc
non est. quia vos
luntas in actu.
sed quia de⁹ ni
chil potest̄ face
re quod non ap
probat̄ tanq̄ bo
num. vnde ap
probatio potius
dicit̄ ibi iudiciū
rationis q̄ affe
ctum volūtat̄is
Quod queritur
si addit̄: dicādū
q̄ addit̄ a parte
nostr̄i intellect̄
et a parte cōno
tati. a parte ip̄si
us dei non. non
sic autem addit̄
reprobatio. ⁊ t̄
magister nō pos

ante notitiam re
probationis pro
membro.
¶ Eadem vim
habet oia hec:
scz ex ipso r i ip
so et per ipsum.
Obicit contra
hec Amb., ver-
ba q̄ si habent
eamdem vim: er-
go videtur hic
eē sculcatio ver-
bor. ¶ Et. aut
accipitur esse i
ipso sicut in ex-
emplari: aut si-
cut i causa con-
servante. Si tā-
q̄ in exemplari
constat q̄ aliud
est esse in ipso et
ex ipso sicut p̄
ostensus est. Si
tanq̄ in conser-
vante adhuc est
aliud p̄ducit ali-
ud conservari.
¶ Et. si eandē
vim habent: si-
cut ex ipso ap-
proprietat p̄t/ ita
potest approba-
ri filio, r simili-
ter patri erit ap-
putare in ipso.
¶ Rñ. dicendū
q̄ est loq̄ de il-
lis tribus circū-
locutionibz quā-
tuz ad illud qd̄
significant/ aut
quātū ad ordi-
nē quē cōnotāt
Et loq̄mur quā-
tuz ad illud qd̄
signant: sic om-
nia dicūtur es-
se ex deo tanq̄
ex principio p̄lo
nō aliudē mo-
do. Omnia dicitur
esse per deū
tanq̄ per p̄ncipi-
um sufficientē
simum quod

bona vero nō so-
lū per sciam: sed
etiā p̄ approba-
tionē et benepla-
citū. Et ob talez
cognitionem ali-
qua dicunt eē in
deo. scz qz ita ea
scit: vt etiam ap-
probet r placeat
.i. ita scit vt eoz
sit autor.

¶ Quō cōue-
niāt ista tria: oia
ex deo: r p̄ ipm:
et in ipso.
¶ Proinde si di-
ligenter inspiciā-
mus: idē v̄ esse
oia esse ex deo et
per ipsū r i ipso.
¶ An Ambro. i. ij.
lib. de sp̄sctō.

hec tria ex ipso r
p̄ ipsuz: et in ipso
oia vnū eē supra
dixim⁹. Cū dicit
p̄ ipm eē oia: nō
negavit i ipso eē
oia. Eadē vim
hnt oia hec. s. ex
ipso r in ipso r p̄
ipm. r vnū i his
atq̄ p̄sile: nō cō-
trariū intelligit.
Ecce habes: q̄a
ex eadē intelligen-
tia scriptura di-
cit oia esse i ipso
et p̄ ipsū r ex ipso
vel cū ipso. Cuz
ergo ex eadē rō-
ne oia dicant eē
ex deo vel p̄ ipm:

nō solū quia scit
sed etiā quia eo-
rū autor est: cō-
sequitur vt eadem
ratione ita esse i
deo dicant scilz
qz scit r eoz au-
tor eē dī: quia in
illo viuim⁹ r mo-
uemur r sumus
quia eo auctore
sum⁹ mouemur
et viuimus. Cū
ergo non sit au-
tor: nisi bonorū
merito sola bo-
na in eo esse di-
cunt sicut ex ipso
et p̄ ipsuz. Cum
ergo i eis cogni-
tione vel p̄sensu-
tia: sint oia. s. bo-
na et mala: in eo-
tñ nō dicūtur eē
nisi bona quorū
autor est. Unde
Aug. in li. de na-
tura boni. Cum
audimus iquit
ex deo. r p̄ ipsuz
et in ipso esse oia:
omnes vtqz na-
turas itelligere
debem⁹: r oia q̄
naturalit̄ sūt ne-
q̄ enim ex ipso
sūt peccata que
naturam nō ser-
uant: sed viciāt
que ex volunta-
te peccātū na-
scuntur oia. hic
aperte dicitur q̄
in illa gñalitate

omnis agit per
ipsum. Omnia di-
cuntur esse i deo
tanq̄ in p̄ncipi-
o in infinito: qd̄
non potest face-
re aliquid ex-
tra se: sed omnia
ambit eius v̄s-
tus: r in his tri-
bus circūlocu-
tionibus signifi-
catur q̄ de⁹ est
principium p̄-
mum et sufficiē-
tissimū: et infini-
tissimū. Et quia
omnia hec i deo
sunt vnū: r cō-
ueniunt tribus
ideo quantū ad
significatum di-
cit Ambrosi⁹ q̄
habent eandē
vim: nec tamen
est sculcatio. qz
sunt r̄simode im-
portant secun-
dum rationē in-
telligēti. Si en-
tū loquamur
quantū ad ordi-
nem quem cons-
notant p̄posi-
tionum habitus
dines sic sūt ap-
proprietate tribz.
Quia ex ipso di-
cit rationem p̄-
mi: r per ipsum
dicit rationem
mediū et in ipso
dicit rationē vl-
tīm: siue quiesca-
tit. r ideo ex ip-
so appropriatur
perone patrie
que est prima in
trinitate per ip-
sum appropriat-
ur filio qui est
persona media r i
ipso sp̄sctō q̄ ē
persona tertia. et
his patent oba-
lecta.

locutionis bona tñm cōtinētur.
 Quō differāt omia esse ex
 deo: et p̄ ipsum et in ipso per di
 stinctionem personarum.

¶ Preterea sciendū est q̄ licet
 ibi indicetur distinctio p̄sonarū
 cū dicitur ex ipso: et per ipsum:
 et in ipso oīa: n̄ ex patre / 7 p̄ pa
 trem / 7 in patre sunt. Sicut de fi
 lio 7 spūs sancto accipiendū est.
 vñ Aug. in. i. li. de tri. Nō cō
 fuse inquit accipiendū est q̄d ait
 ap̄tus ex ipso 7 per ipsū 7 in ip
 so. Ex ipso dicens p̄pter patrē p̄
 ipsum p̄pter filiū: in ipso p̄pter
 sp̄m̄ctm̄. Vigilanter autē attē
 de: ne quia patrē volēs itelligi
 dixit ex ipso: sic itelligas oīa eē
 ex patre vt neges oīa esse ex fi
 lio vel ex spiritu sancto: cum ex
 patre et per patres et in p̄re oīa
 esse sane dici possint: sicut 7 de fi
 lio 7 de spūs sc̄to dicēdum est.

¶ Quō differāt ex ipso et de
 ipso. i. q̄ nō oīa que ex deo sūt
 et ā de se ipso sūt: s̄ ecōuerso. ¶
 Illud etiā hic annecrēdū est
 q̄ non oīa que dicuntur esse ex
 deo: etiā de ipso esse dici debe
 ant. Quia vt ait Aug. in li. de
 natura boni. Non hoc signifi
 cat penitus ex ipso: quod de ip
 so. Quod enī de ipso est potest
 dici esse ex se ipso: sed nō omne
 quod ex ipso est: potest dici esse
 de ipso. quia non est de sua sub
 stantia. Ex ipso enim sunt ce
 lum et terra: quia ipse fecit ea:
 nō autem de ipso: quia non de
 substantiā sua sicut aliquis ho
 mo generat filius: vel faciat do
 mum. Ex ipso est filius ex ipso
 est et domus: sed filius de ip
 so: domus vero de terra 7 ligno



¶ In intelligētiam huius part
 tis queritur de existentia
 rerum in deo: et circa hoc
 tripliciter queritur.
 Primo vtū creaturę fue
 rint in deo eterna. Sec

non de ipso.

¶ Epilogus
 predictorū. h

¶ Ex premissis
 apertus est q̄ in
 dei cognitione si
 ue presentia sūt
 omnia scilicet bo
 na et mala: s̄ nō
 omnimodo sunt
 ibi mala quo bo
 na. Et q̄ in deo
 bona tantū sunt
 sicut ex ipso 7 p̄
 ipsum non mala
 et ex quo sensu
 hec accipienda
 sint assignatum
 est. Et q̄ de ipso
 non dicitur esse
 proprie quod ali
 ud ē ab ipso: ex q̄
 ipso autem esse
 dicuntur omnia
 que eo auctore
 sunt.

in ea: ergo et in deo similiter. Et dicas
 q̄ illud exemplar nichil est rei: ergo se
 cundum illud non deberet dici res es
 se in deo. ¶ Contra: plus facit ad esse
 rei exemplar quod est cognitū et p̄
 ductum: q̄ q̄d est productum a re: s̄
 ergo ratione exemplaris producti a re
 res est in anima: multo fortius debet di
 ci in deo esse ratione exemplaris pro
 ductantis: sed hoc ab eterno. ergo. 2c.
 ¶ Item. Similitudo producta non est
 vere aliquid sed aliquid. Sed exem
 plar per q̄d cognoscit deus vere est ip
 se deus. ergo vt res est exemplar rei in
 deo q̄ i aia: s̄ multo fortius res i deo q̄

Q. 1.

¶ Res fuerit
 in deo ab eter
 no: videt quia
 agens cogno
 scens: agit per
 species rei quā
 penes se habet.
 Sed res est in
 anima: quia s̄
 similitudo eius est

cessitas. **C**um hoc ipsi ostendit rationibus ducētib⁹ ad impossibile. Si imponit prescientia reb⁹ necessitatē, perit ergo casus et fortuna. **S**ed cum impossibile est, q̄ perit libe. arb. et cōsiliū. Tertium q̄ perit meritum et demeritū. Quartū q̄ perit laus et vituperium. **R**espon. dicendum, q̄ tres circa hoc fuerunt positiones. Quidam enim dixerunt q̄ prescientia necessario cum sit infallibilis, imponit necessitatē, et ideo abstulerūt liberum arbi. et peccatum, et ista positio est heretica et iniqua, quia destruit bonos mores. **A**lia positio fuit, q̄ diuina prescientia si esset, necessitatē imponeret, et sic olavritus et laus periret, et q̄ dilerunt rempublicam, ideo abstulerunt a deo prescientiā, et a propositionibus de futuro abstulerunt veritatem, et hec heretica fuit et ipsa, quia derogant nobilitati diuine. **T**ertia positio est catholica que deum honorat et bonos mores conseruat, et ideo iusta pia et perita, quia diuina prescientia est, et tamen non imponit rebus necessitatē. **D**ia em̄ sic precognoscit eē euentura sicut euentura sunt, et ideo cum multa sint euentura contingētia, vt illa que sunt a libero arbitrio, et a casu, et fortuna, sicut prescit hec eē futura ab istis, sic prescit modum contingētie secundum quem sunt ab istis. **A**d intelligentiam autē obiectorum notandum q̄ duplex est necessitas, scilicet absoluta, et respectiua. **N**ecessitas absoluta que opponitur cōtingētie dicitur necessitas consequentis. **N**ecessitas respectiua dicitur necessitas consequente, et hec non opponitur contingēti, nam aliquid cōtingēs necessario sequitur vt si ambulat: necessario sequitur q̄ mouetur. **D**icendum ergo q̄ in prescito non est necessitas absoluta, sed solum consequente, quia necessario sequitur deus prescit hoc, ergo hoc erit, et hoc modo intelligitur autoritas Ansel. et con similes autoritates que proponuntur cum modo necessitatis, et sic patet primum. **A**d illud quod secūdo obiicitur de sillogismo ex maiori de necessario et minori de inesse, dicendum q̄ sicut ptz et philosophus exponit, hoc intelligitur de ea propositione q̄ est de inesse simplr et equaliter necessario, s; minor huius sillogismi scz hoc ē presciturum nō est inesse simplr, sicut em̄ infra patebit non est necessaria, **A**d

illud quod obiicitur de prescito q̄ verū est, et si verum est necessario est, dicens dum q̄ istam rationē facit philosophus ad ostendendum q̄ in futuro non est veritas, et est sophistica. **N**am quando dicitur, omne quod est quando est, necessario est, intelligitur de eo qd̄ ponit aliquid in actu circa suppositū, qd̄ ex quo positum est, impossibile est non esse positum, sed verum de futuro nihil ponit circa subiectum, quia non est verum pro presenti sed solum pro futuro, et ideo nulla est necessitas neq; simplr neq; vt nunc, quia nihil ponit vt nunc. **A**d illud quod obiicitur per impossibile q̄ si posset aliter eē posset falli, et dicendum q̄ sicut veritas venit ex concordia intellectus ad rem cognitā, hec autem concordia non est aliud q̄ adeo quatio rei et intellectus, sic falsitas venit ex discordia intellectus ad cognitū sicut potentia fallendi ex potētia discordandi, dico ergo qm̄ necessario presciturum sequitur ad prescientiam, ideo non possunt discordare, et ideo nunq̄ fallitur nec potest falli. **Q**uod ergo obiicitur, q̄ aliter pōt esse, dicēdū q̄ aliter potest esse, quia deus potest aliter prescisse, et cum ponitur q̄ aliter sit ponitur q̄ aliter prescit. **Q**uando ergo inferitur, potest aliter esse q̄ sit, et de prescitur sic, ergo aliter q̄ deus prescit, distinguenda est conclusio, q̄ pōt intelligi diuisim, sic vera est, Et ē sens⁹, de prescitur hoc euentre, et possibile est illud nō euentre. **S**i autē cōiunctim falsa est, et ē sens⁹, sus illud est possibile qd̄ de prescitur modo vt euentat alto modo. **E**t est fallacia compositionis in illo processu, sicut hic currens pōt non moueri, ergo possibile est q̄ aliquis currat et non moueatur, non sequi. **S**imiliter cum querit, qd̄ ponitur ponendum est, sed cum assumit, deus prescitur, hoc est oppositum posito, et ideo est negandum.

Questio. iii. **U**trū diuina prescientia habeat necessitatē, hoc est utrū necesse sit deū prescire qd̄ prescit. **E**t qd̄ sic, ostendit primo per autoritatem Ansel. in li. de preordia predestinationis et libert arbitrii, **Q**d prescit deus, impossibile est non prescire, ergo ab equipollētī, necesse ē prescire. **I**tem ratione videtur, quia omne dictum de preterito verum est necessariū. **U**nde si cucurrit, necesse est cucurris

17

18

19

20

21

22

se. si si prescit. prescitur. ergo cum hoc sit
dictum de prescitis. & necessariis. ¶ Item:
sicut potentia dei sit indifferens ad ex-
eundum & non ex eundem. tñ ex quo exiit
in actu necesse est exire. Uñ quous po-
tuit creare & non creare anteq̄ crearet
tñ ex quo creavit necesse est creasse. er-
go ex quo prescitur necesse est prescisse.
¶ Item si hō voluit & prescivit aliqd̄ neces-
se est hōm scivisse & voluisse. ergo si
circa scientiam dei non est minor certi-
tudo immo maior: q̄ circa scientiā ho-
minis. multo fortis est necesse. Si tu di-
cas sicut aliquid dicitur q̄ in hac deus
prescivit. totū ex futuro est s̄m rem q̄
uis intelligatur sub rōne preteriti. Uñ
nil plus est dicere deus prescit. nisi deus
est. et hoc erit. Contra. tñc esto q̄ deus
nullā haberet cognitionē. dū tñ res es-
set futura. hęc esset vera. deus prescit.
quod manifeste est falsum. ¶ Preterea
esto q̄ prescientie addatur actus trans-
sicens in preteritum. vt promissio. vel p̄-
dictio. vel prophetatio. ubi transit i pre-
teritum aliquid et vere sit idem sophis-
ma. et idem dubium. et hoc non soluit.
¶ Item plus distat esse & non esse q̄ ne-
cessariū et cōtingens. sed aliqd̄ qd̄ sim-
pliciter nō est habet esse in dei prescien-
tia. ergo mutofortis aliqd̄ qd̄ in se cō-
tingens est pōt esse necessarium in pre-
scientia dei. ergo &c. ¶ Item omne imu-
tabile est necessarium sed cum dicitur
deus prescit. est imutabile. ergo est ne-
cessarium. prima est manifesta. secūda
patet q̄ cum dicit deus prescit. prescit
re est imutabile. ergo est necessariū.
¶ Prima est manifesta. Secūda patet.
quia dicitur deus prescit: si mutatur vt
fiat non prescians. aut hoc erit secundū
mutacionem rei. aut det. Rei non: quia
res adhuc nihil est. ergo non mutatur
nec mutari potest. Si secundum muta-
cionem dei. ergo deus mutatur. ¶ Item:
omne eternum est necessariū. q̄ vnum
solum est eternum. & illud est in quo nō
cadit contingencia sed summa necessi-
tas. sed prescire dei est eternū ergo ne-
cessariū est deū prescire. ¶ Contra. regu-
la est. si antecedens bone conditōis est ne-
cessarium. et consequens. et si conse-
quens non est necessarium nec antece-
dens. S; sequit si deus prescit hoc eē fu-
turū. hoc erit quocūq̄ cōtingenti de-
monstrato. q̄ oppositū nō pōt stare. er-
go cū cōsequens nō sit necessariū. nec

antecedens ¶ Item: regula est q̄ necessariū
ppatit se cū oi possibile. Omne enī repu-
gnās necessario eē impossibile demonstras-
to tñ aliquo q̄ prescitus est dānari. pos-
sibile est istum saluari. q̄ ista duo pōt si-
mul stare q̄ iste sit prescitus dānari. & sal-
uari. & hoc est impossibile &c. ¶ Item: regula
est q̄ oppositū ptingētis est ptingēs. &
oppositū necessariū est impossibile. Et re-
gula iterū est q̄ si ad antecedens sequit-
tur psequēs. ad oppositū psequētis sequit-
tur oppositū antecedentis. Ex his arguo
sic. Si a ptingēs prescitur a deo. si deus
prescit a erit q̄ p regula si a nō erit. deus
nō prescit. sed a nō esse fuit ptingēs deū
nō prescisse fuit impossibile. q̄ ad ptingēs
sequitur impossibile. sed hoc est cōtra ar-
tē. necesse est ergo hoc esse ptingēs. de-
um scilicet prescire hoc. ¶ Item: omnis
diuina actio que respicit obiectū quod
potest non esse. potest desinere. Unde
cum deus conseruet rem creatam. po-
test desinere conseruare. ergo cum pre-
scire sit respectu contingentis. erit cō-
tingens. ¶ Responso. Dicendum q̄ si
cui probatum est illud constat et nō est
dubium. q̄ deum prescire contingens
aliquid cum antecedit ad contingens.
et connotat aliquid quod h̄ veritatem
ptingentem. q̄ ipm iudicandum est cō-
tingens. sed aliquid voluerūt ipsum ius-
dicare contingens. q̄ totum quod dicit:
dicit de futuro. & illud improbatum ē.
quia falsum est & non intelligibile. Om-
nis enim intellectus qui intelligit hoc.
quā nō intelligat tempus circa deum
intelligit q̄ actus diuine precognitōis
nis ab eterno fuit in deo: et ille differet
a re futura. et propterea sicut dictum ē
hoc non soluit. Aliq̄ voluerunt iudicare
contingens. q̄ cū sit dictum de preterit-
to. pendet tñ ex futuro. Et hoc dicunt
in credito. et prophetico & dicto a t̄po.
& consimilibus. que iferunt de necessi-
tate ppositionē de futuro & illud est i-
probabile. vt videt. Quontam si actus
diuine precognitōis pendet ex futu-
ro tunc cū in futuro quantū est ex par-
te rei contingentis nulla sit certitudo.
nec in diuina precognitōne esset. Pres-
terea. quō dependet. cum ab eo nō cau-
setur aliquo modo. Et iterum quō de-
pendet illud quod necessarium est fuis-
se. h̄t actus cognoscēdi & credēdi: & pre-
dicēdi ab eo quod futurum est. nō vt
detur nec p̄bablie nec intelligibile. Et

22



ideo alio modo dicendum. q̄ quoddam
 est dictū de p̄terito. et p̄terito. sicut si
 23 dicatur petrū legisse. Q̄dā de p̄terito
 s̄ p̄ futuro. ut anteq̄m fuit nasciturus
 Quodā p̄ p̄terito t̄m̄ dependet ex futu
 ro ut hoc dictū. petrū dixisse verū na
 male bellū fore. Ad hoc et q̄ dcm̄ habe
 at p̄teritāte ext̄gr̄ belli euentus. et ab il
 lo dependet p̄teritas n̄f̄e assertiōis que
 cātur a re. Q̄dā est dictū de p̄terito
 q̄d nō dependet s̄ cōnotat p̄teritāte cir
 ca illud futurū. sic si dicat de p̄scit hoc
 futurū. Q̄ et dei scia est solū respectu
 veri. ideo p̄notat p̄teritāte circa illū di
 ctū futurū. s̄ qm̄ dīna cognitio nō h̄z
 certitudinē a re. q̄ ab ipsa nec cāf̄ nec
 out̄. t̄ ab illa nō d̄p̄det. et p̄pterea fal
 si nō p̄t̄ q̄uis p̄notat futurū. Unde in
 p̄scia hęc duo d̄fir. sc̄: act⁹ dīuine cog
 nitiōis. t̄ h̄c necessariū est esse sine
 fuisse. Et ordinatio futuri ad illū actū
 et hęc ordinatio futuri ad illū actum.
 nō est necessaria. et iudicanda est cōtin
 gentia in totali dicto. nō rōne totalita
 tis sine principalis significati. sed con
 notati. Et si ponatur deum nō p̄scire
 aliquid q̄d p̄scit. potest et debet intelli
 gi non per remotionem principalis si
 gnificati. sed ipsius cōnotati. siue ill⁹
 ordinis t̄p̄alis ad eternū. qui quidē est
 contingens ratione alterius sc̄licet tē
 poralis. contingens est in totali di
 cto. quia connotat aliquid esse verum
 de futuro. quod quidem esse contingēs
 et hoc patet sic. Cum enim dicitur de
 us p̄scit te saluandum. h̄c duplex in
 cluditur actus est compositio. videl̄t
 cet. h̄c. tu salusberis. et h̄c deus ha
 bet cognitionem de salute tua. et habu
 it cognitionem ab eterno. Habere qui
 dem cognitionem est actus eternus et
 necessarius. quia non dependet a re. s̄
 saluari est actus futurus et contingēs
 quoniam ergo actus diuine cognitio
 nis non dependet a cognitio. t̄ potest
 esse certitudo in ip̄o re contingēte ex
 istente. Sed quando significatur p̄ mo
 dum p̄scientie. connotat futurum cō
 tingens. et omne dictum quod claudit
 in se contingens. iudicandum contin
 gens est. ideo totale cōtingēs iudicaf̄.
 Et ita solutio est vera et ḡn̄alis. Nam
 actus credulitatis. a ctus proph̄ etatio
 nis. et diuine assertiōis. p̄ hoc q̄ cur
 runt s̄m̄ illustratiōne diuine sc̄tētie. t̄
 connotant et non dependent. ideo cer

et et infallibiles sunt de reb⁹ in se non
 certis. ¶ Ad illū q̄ q̄d obf̄ de Ansel. q̄
 necesse est p̄scire q̄d p̄scit. idē q̄
 hoc intelligit q̄tū ad actū p̄cognitiōis
 quē nec eē ē fuisse. s̄ nō q̄tū ad p̄not
 ationē futuriōis. ¶ Ad illū q̄d obf̄. q̄
 dictū est de p̄terito. idē q̄ q̄tū est
 de ratione p̄teritiōis. necessariū est
 sed qm̄ connotat futurum ideo ē cō
 tingens. Et ex hoc patet sequens. quia
 quantum ad illud futurum non est ad
 huc potentia in actu. immo adhuc po
 test non exire. ideo et. ¶ Ad illū quod
 obijctur q̄ est cognitio sine existentia
 rei. ergo necessitatis sine rei necessita
 te. Dicendum q̄ verum est q̄ in actu
 cognititiōis est necessitas sed non in to
 to. Nec est simile. quia p̄cognitiō cō
 notat actualē rei existentiam sed cō
 notat rei futuriōnem. et ad hoc q̄ d̄
 ctum sit necessarium. necesse est q̄ sit
 necessitas in connotato. ¶ Ad illud q̄d
 obijctur q̄ omne imutabile est neces
 sarium. Dicendum q̄ ad esse mutabi
 lis duo concurrunt. q̄ se habeat vno
 modo prius. alio modo posterius. Et p̄
 oppositum immutabile potest dici du
 pliciter. Aut quia nihil actu est. aut q̄
 actu ē et non potest aliter se habere.
 et hoc conuertitur cum necessario. sed
 illud immutabile quod non est aliquid
 actu non cōuertit. et sic est verū conti
 gēs de futuro anteq̄m res sit. Et sic hoc
 dictū. anteq̄m fore. est modo verū im
 mutabile. q̄ si ponatur esse verū pontē
 q̄ semper fuerit. et similiter si falsum
 et hoc quia nichil actu pontē. qm̄ ergo
 deum p̄scisse connotat futurum con
 tingens. ideo est dictum immutabile.
 nec ex hoc sequit̄ q̄ sit necessarium v̄
 visum est. Tamen aliqui volunt alter
 dicere. q̄ deū p̄scire hoc futurū con
 tingēs. est immutabile a parte p̄scien
 tis. sed a parte rei p̄scite est mutabi
 le et ideo ex pte illa contingēs. Sed t̄m̄
 illud difficile est dicere. q̄ ē p̄scit̄ se
 mel semp̄ p̄scitū fuit et deus nō potest
 p̄scire futurū cōtingens: ita q̄ nihil
 fiat circa futurū. et ita nulla mutatio.
 Et propter hoc modus alius dicendi ē
 rationabilior. ¶ Ad illud q̄d p̄scitō obij
 ctur. q̄ nihil eternū est cōtingens. Di
 cendū q̄ ens eternum est dupliciter.
 Aut pure eternū. aut cōnotat t̄p̄ale de
 futuro. et pure eternū est necessariū. s̄
 cōnotans t̄p̄ale de futuro rōne cōnota

29

si potest indicari contingens sicut et ratione illius potest designari. Summa dictorum est ista quod deus prescire futurum contingens est quoddam dictum quod claudit in se actum diuine cognitionis eternum et ordinationem dicit ad futurum contingens. Et quibus actus diuine cognitionis ponat aliquid certum nec cessaturum et eternum. illa tamen ordinatio ponit futurum quod contingens est. Et iterum quod quis dicat ordinatio non est determinata sed solum prenotatio. et tunc non ponit incertitudinem. Hinc est quod deus prescire futurum contingens ratione prenotationis ad contingens. Est immutabile ratione ordinationis ad futurum. quod potest non esse nulla facta mutatione. Est certum ratione indepedentie ab eodem. et hoc patebit infra planius in distinctione de predestinatione.

Distin.

xxxix. de immutabilitate perfectionis diuine esse scientie vel cognitionis.

Dicitur res rea que scilicet.

Utrum scientia dei possit augeri vel minui vel aliquo modo mutari. utrumque ei videtur posse probari.

Dicitur res rea que scilicet.

Res rea que scilicet scientia dei possit augeri vel minui. utrumque enim videtur posse probari. Quod diuina scientia possit augeri vel mutari hoc modo probatur. quod potest deus scire quod nunquam scit. Est enim aliquis quod non est lecturum hodie: tamen potest esse ut legat hodie potest enim hodie legere. Nihil autem potest fieri quod non possit a deo sciri. potest ergo deus scire hunc lecturum hodie. potest ergo aliquid scire quod non scit. ergo potest eius scientia augeri vel mutari. Eademque videtur posse minui. Est enim aliquis hodie lecturum quem deus scit lecturum. At potest esse ut non legat. ergo potest deus non scire hunc lecturum

utrum scientia dei possit augeri vel minui. Supra egit magister de scientie diuine certitudine. hic agit de perfectione. Et quoniam nuncupare perfectum est cui non est possibilis additio. id magister querit utrum diuina scientia possit augeri vel minui. Et habet hec pars tres partes. In prima magister querit et determinat quod diuina scientia non recipit augmentum. nec diminutionem. nec alterationem. sed omnia simul et vno aspectu cognoscit. In secunda operatur contra hoc quod diuina scientia non potest augeri. per hoc quod videtur aliquid posse scire ex tempore et determinat et hoc facit. ibi. hic opponitur a quibusdam. In tertia obicit autoritate Hieronymi. contra hoc quod dictum erat diuina scientiam esse respectu orantium et hoc ibi. Et versus quod predictus est scilicet quod deus etc. Et queritur hanc partem potest subdividit. quod primo in eis opponit. secundo soluit. Et ponit duplicem rationem et in tertia post rationem epilogationem subiungit. ibi. Simul iterum.

potest ergo non scire aliquid quod scit. ergo potest minui eius scientia vel mutari. Ad quod dicimus. quod dei scientia omnino immutabilis est nec augeri potest vel minui. Nam ut ait Augustinus in. xv. li. de trinitate. Scia dei est ipsa sapientia. et sapientia est ipsa essentia siue substantia dei. quod in illius nature simplicitate mirabili non est aliud sapere et aliud esse. sed quod est sapere: hoc est et esse. Ideo quod nouit omnia habet quod nonit prius. sed et nosse de preterito est si cut esse. Nosse enim et esse ibi vnum est. Et idem prius. sicut esse non est a filio. ita nec nosse. Proinde de tanquam seipsum dicens. prius genuit habet sibi eque per omnia. Non enim seipsum integre profectetur dixisset. si aliquid minus aut amplius esset seipsum habet in seipso. hoc est enim omnino verbum quod pater. non tamen est pater. quod iste filius ille pater

Distin.

I a scilicet & se
 inuicē p̄r & fili
 us. s; iste gignē
 do ille nascēdo
 p̄r male dicere
 q; scire est eēn
 tiale i diuis. er
 go si scit nascē
 do cū nascit di
 cat p̄betatē s̄po
 nalis p̄betas̄p̄o
 nalis ē rō rei ef
 fentialis. qd nō
 est sane neq; p̄e
 dictum. ¶ Rñ.
 dōm. aliq̄ volue
 rūt dicere q; scit
 re dei relatiō ad
 creaturas ita
 q; vna p̄sona scit
 at scit p̄zē dicitū
 eēntialit. S; i s; q;
 vna p̄sōa scit
 at aliā d̄t respe
 ctū p̄sone ad p̄
 sonā r̄ est dicitū
 notionalit. Sed
 hoc n̄ est cōue
 niēter dicitū. q;
 sicut in p̄cedētī
 b; habitū ē sa
 p̄ia r̄ sapēeēntia
 lic̄ tm̄ d̄t. Est p̄
 p̄ter ea dōm q;
 ablatu; ille n̄
 tm̄ d̄t cām siue
 rōnē dicitū s;
 rōnē p̄comitā
 tē. Serūda em̄
 sic̄ d̄t p̄sci. h̄nt
 exponit p̄ si. vel
 p̄ dū. vel p̄ q;. r̄
 p̄io mō d̄t que
 niētā sc̄d̄o p̄co
 mitantā. r̄ ter
 tio causam.

b ¶ Et omnia q̄
 sunt in eorū sc̄
 entia. r̄ in eorū
 sapientia. r̄ i eo
 rū eēntia. vnus
 q; q; eorum si
 mul videt. Con
 tra. s̄. di. xxxvi.
 dictum est q;
 creature sūt in

asciūt ergo se in
 uicē p̄r & fili; s;
 ille gignēdo: iste
 nascēdo. Et oia
 que sunt i eorū
 scientia. in eorū
 sapientia. in eorū
 eēntia vnus
 quisq; eorū simul
 videt n̄ p̄cularit
 aut singularit vel
 vt alnāte p̄spe
 ctu hic illuc zin
 de huc r̄ rursū i
 deyl̄ ide i aliō at
 q; aliō vt aliq̄ vi
 dē n̄ possit nisi n̄
 vidēs alia. s; oia
 s̄l̄ videt. quorū
 nullū est qd n̄ sp
 videat r̄ sciat. Et
 itaq; scia inamif
 sibilis r̄ inuariabi
 lis est. n̄ra vero
 scia r̄ amissibilis
 r̄ receptibilis est.
 q; n̄ hoc est nob;
 eē qd scire. Pro
 p̄ hoc sicut n̄ra
 scia illi scie d̄i d̄i
 similis ē. sic r̄ n̄z
 verbū qd nascit
 de scia n̄ra. disti
 mile ē illi v̄bo qd
 natū est de patre
 scia. Ex hac au
 t̄ritate clare oñ
 d̄i scia; dei oino
 inuariabilē esse. si
 cut ipsa essentia
 dei oino inuaria
 bilis est. r̄ q; p̄r
 filius cū spiritu
 sancto simul oia

sciūt r̄ vidēt. Si
 cut q; nō pōt au
 geriv̄el minui di
 uina essentia ita
 nec diuina scia. r̄
 t̄nc dicitur posse
 scire qd nō scit r̄
 posse nō scire qd
 scit. q; posset ali
 qd eē subiectum
 ei; scie. qd n̄ est.
 et posset n̄ eē sub
 iectū aliq̄d qd ē
 sine permutatio
 ne ipsi; scientie
 ¶ **O**ppositio
 q; de; possit noui
 ter vel ex tpe sci
 re vel p̄scire a
 liquid

C hic opponit
 a q̄busdam ita.
 Si deus pōt ali
 quid scire v̄l p̄
 scire qd nūq; sci
 uit vel p̄sciuit po
 test q; ex tpe ali
 quid scire vel p̄
 scire. Ad qd d̄ci
 m;. pōt quide; z
 deus scire v̄l p̄
 scire omne qd p̄
 scire qd nūq; fiet
 pōt ergo scire v̄l
 p̄scire qd nūq;
 fiet nec ē nec fu
 it nec illō scit vel
 nesciuit. neq; p̄
 scit vel p̄sciuit
 q; scia dei n̄ est
 nisi de his q̄ sūt
 vel fuerunt vel
 erunt. r̄ p̄scia

dei notitia sc̄a
 non indei essē
 tia. q; ē d̄ctio
 ¶ Rñ. d̄ctio est q;
 diuina scientia
 sunt sc̄bilia in
 i diuina p̄o est
 sc̄tia sūt attri
 buta sicut porē
 tia. sapia r̄ bo
 nitas. Et Aug.
 vult dicere q;
 p̄r & fili; s̄l̄ v̄
 dēt oia cognos
 sc̄bilia creat̄a
 r̄ creāda. r̄ oia
 eēntie attribū
 ta. ¶ In ista legē
 da ē d̄ctio oia
 q̄ sūt i eorū scia
 vt puta creat̄a
 s̄l̄ sc̄ta q̄libet. si
 p̄scia q̄ sūt i eo
 rū eēntiā vt pu
 ta attribūta s̄l̄
 sc̄ta siue sc̄ta q̄
 libet r̄ i s̄ p̄vult
 dicere q; crea
 ture sint i diuina
 essentia.

C ¶ Q; scia dei
 nō ē nisi de his
 q̄ sunt vel fue
 rūt vel erūt. ¶
 hoc eē falsū q;
 deus scit oē qd
 p̄r facere. sed
 pōt facere qd
 nūq; fuit. nec ē
 nec erit. s; scia
 dei ē de aliquo
 qd nunq; fuit.
 vel est vel erit.
 Et p̄terea est isti
 nitox sicut vult
 An. r̄ d̄cti. dei
 n̄ tm̄ q̄ sūt v̄l fue
 runt vel erunt.
 Rñ. dōm q; ma
 ḡ loq̄t de scia
 v̄l oia q̄ ē illo
 rū tm̄ quorū ab
 eter no fuit fut
 s̄o s; i p̄ob̄ctō
 de scia itelligē
 tie. q̄ nullū cō

notat existētia
 qd p. Intell:
 sit em des oē
 qd pōt r ita nō
 recte currit ob
 lectio.
 d Nec tñ pōt
 incipere scire vel
 pscire. Al ma
 le dicere. q. nō
 hīl scit nisi ve
 rū. q. anō sive
 rū nī scit q. si a
 liqd icipit eēpe
 rī aliqd dicit a
 deo scit. q. de
 pōt icipere alt:
 qd scire. Item
 creatio est dīu
 na eēntia. r tñ
 rōe pnotat de
 us pōt aliqd in
 cipere creare q
 sūt r aliqd scir
 re. ¶ Rñ. Scir
 re duplīr dicit.
 Uno mō scire
 hoc ē qd hēco
 gnitionē d aliq
 r sic nō pnotat
 actualē existētia
 cogniti. r sic nī
 pōt deus aliqd
 incipere scire. t
 alitū cogni
 tionē icipe hē
 Alto mō scire
 hoc est qd nos
 se aliqd eē vey
 et hoc tunc pū
 mo scit eē vey
 qñ icipit eē. et
 sic incipit deus
 scire. et sic de
 finit pscire. nō
 rōne pncipalīs
 significati qd ē
 scientia. sed rā
 tione connotat
 tū qd qd ē est ve
 ritas rei scite.
 e ¶ Rñ pōt q
 nouiter ex tem
 pore scire vel
 pscire aliquid
 sicut nec po

nō est nisi de fu
 turis. Et lz pos
 sit scire vel psci
 re qd nūq̄ ē vel
 erit. non tñ pōt
 aliqd scire vel h
 scire ex tempo
 re. Potest vtiq̄
 scire vel pscire
 qd nūq̄ est nec e
 rit nec illud scitū
 vel pscitū est ab
 eterno. Nec tñ
 pōt incipere scire
 vel pscire illud.
 lz ita pōt mō sci
 re vel pscire. si
 cut pōt scisse vel
 pscisse ab eterno
 Si em dicas eū
 in modo posse scire
 vel pscire qd ab
 eterno nī sciuit vl
 p sciuit. i. ita qd ab
 fno nī sciuerit vl
 psciuerit quasi
 vtrūq̄ simul esse
 possit: falsum ē.
 Si ho dicas eū
 posse modo scire
 vl pscire quod
 ab eterno nō sci
 uit vel psciuit.
 i. habere poten
 tiam sciendi vel
 psciendi ab eter
 no. et modo ali
 quid nec tamē il
 lud pscitū est vel
 futurū verū est.
 e Nō potest ergo
 nouiter vel ex tē
 pore scire vl pre
 scire aliquid. si

cut nō pōt noui
 ter vel ex tpe vel
 le aliquid. et tñ
 pōt velle qd nūq̄
 q̄ voluit. Item
 a qbusdā dīr de
 us posse plura
 scire q̄ sciat. qz
 pōt oia scire que
 scit. r pōt aliqua
 facere que nun
 q̄ erūt et illa pōt
 scire. non enī ali
 qua icognita fa
 cere potest. Si
 vero omnia eēnt
 que modo sunt
 r alia qdā face
 ret q nō sunt nec
 erūt r illa oia sci
 ret. p certo plu
 ra sciret q̄ mō
 scit nec tñ ei p scia
 augeri pōt. quia
 hoc totū fieri pos
 set sine mutabili
 tate scie. Cōstat
 q̄ dei sciam oino
 eē inmutabilē. nec
 augeri posse vel
 minui. lz ei sbta.
 ¶ Obūcīr au
 toritate hieron.
 ptra hoc qd de
 semp et siml scit
 omnia. c
 ¶ Si vero qd p
 dictū est. i. qd de
 us oia sp videt r
 et sit vī obuiare
 qd ait hier. i ex
 positōe abacuch
 Absurdū ē inq̄t
 ab hoc deducere

test nouiter vel
 ex tempore vel
 le aliqd. r tñ pōt
 velle qd nunq̄
 voluit. Ut dicitur
 hic dicere duo
 contradictōie
 opposita qm il
 lud est nouū qd
 pū nī fuit r mō
 ē ergo si posset
 qd pū nō volu
 it. vl q̄ icipiat
 velle. ¶ Rñ. sio.
 dicendū qd cum
 dico deū velle.
 hic duo dico. et
 actū diuine vol
 untatis. et vte
 rī ordinationē
 ipsius effectus
 ad illum actum
 Et primum quō
 dē ē necessariū
 r sp. nō pōt in
 cipe vel desine
 re. pōt ut em
 diuina ē semp i
 actu suo. ita qd
 nec pōt illo ca
 rere nec alitū ha
 bere. lz ordina
 tio alitū effectus
 ad illū actū est
 ordinatio rei fu
 ture que non dū
 est. r id pōt esse
 eē non esse r or
 dinari. et nō or
 diari. ¶ Nō ergo
 dīr qd deus pōt
 velle qd nūq̄ vo
 luit. r tñ non ex
 tpe intellectus
 est qd effectus il
 le potuit ordina
 ri ad diuinum
 velle. et quoniam
 ordinatio esse
 ctus est ordina
 tio rei future. r
 qd est futurū qd
 fuit futurum. r
 qd semel fuit or
 dinatū semp fu
 it ordinatū ad illū

An deus
 possit
 plura scire
 q̄ scit
 hieron.

5

is. An ergo deus
 quod deus potest
 le aliquid idem
 cere quod aliquid
 tuit esse futurum
 ue hinc ordinem
 ad id iuncta volu
 tate quod tunc in
 ordine si hinc
 ab eterno habu
 isset. et id in
 pit ex tunc. et id
 ex tunc magistri
 bonum est. si velle
 dei importat ordi
 nem ad voluntatem
 ratione futuri. sed
 hoc quod importat
 comitantiam in
 ratione presentis.
 potest deus ex
 hoc esse. siue hoc
 approbare lo
 que. non quod non
 sciat actus. sed quod
 sciat connota
 tum.

dei maiestatem
 ut sciat per momen
 ta singula quot
 culices nascantur
 quotve moriantur
 quota pulicibus et
 muscarum sit multi
 tudo. quotve pi
 sces natentur in
 aquis. Non sim
 pliciter fatui adu
 latorum dei. ut dum
 providentiam eius
 ad ima retrudi
 mus. in nos ipsos in
 iuriosi simus. et
 deum irrationabili
 et rationabili pro
 videntiam esse dices
 tes. hic vero dices
 re. hic. quod deus il
 lorum minimo
 rum scientiam siue
 providentiam non
 habeat quod si hoc
 est. tunc non omnia
 simul scit et semper.
 Ex tali itaque sensu
 illud dictum esse
 nouerimus. ut deum
 illa alternatim vel
 particulatim scire
 neget. nec per di
 uersa temporum
 momenta sic illa
 cognouit. sicut per
 varia momenta illo
 rum quodam de
 ficiunt quodam
 incipiunt. Neque
 illis aliisque irra
 tionabilibus ita
 providet quemadmo
 dum rationalibus.
 Numquid ei (ut ait
 apostolus) cura est
 deo de bobus. et
 sicut non est cura
 deo de bobus ita
 nec de aliis irra
 tionabilibus. Dicit
 tamen scriptura. quia
 ipsi est cura de
 omnibus. Pro
 uidentiam ergo et
 curam vniuersaliter
 de cunctis que con
 didit habet. ut ha
 beat vniuersum
 quod quod sibi debetur
 et conuenit.

Sed speciale
 providentiam atque
 curam habet de
 rationabilibus. quibus
 precepta tradidit.
 eisque recte vi
 uendi legem pre
 scripsit ac promissa
 promissit. hanc
 providentiam et
 curam de irrationabi
 libus non habet
 Ideo dicit apostolus
 stolus: quia non
 est cura deo de
 bobus. Pro
 uident tamen omnia
 bus et curat id
 est gubernat omnia
 qui omnibus so
 lum suum facit
 oriri et pluuia
 dat. Scit itaque
 deus quanta sit
 multitudo pulicum
 culicum mus
 scarum et piscium
 et quot nas
 scatur quotve
 moriantur. sed
 non scit hoc per
 momenta singula.
 immo simul et
 semper omnia.
 neque ita scit ut
 eandem habeat
 providentiam irra
 tionabilium et
 rationalium. id
 est ut eodem
 penitus modo
 provideat irra
 tionabilibus et
 rationalibus.
 Rationalibus enim
 et precepta dedit.
 et angelos ad
 studium delegauit.

Breuis summa
 predictorum cum
 additione quorum
 dam.

Simul itaque et
 immutabiliter
 scit deus omnia
 que fuerunt et
 sunt et erunt.
 tam bona quam
 mala. prescit quoque
 omnia futura
 tam bona quam
 mala.

1. cor. ix.

Sa. xv.



Ad intelligentiam presentis distinctionis gratia de perfectione diuine cognitionis. et circa hoc duo principia littere hanc. Primum queritur de perfectione diuine cognitionis quantum ad numerum cognoscibilium. Secundo queritur de ipsa quantum ad modum cognoscendi. Quantum ad primum queruntur tria. Primum queritur utrum deus cognoscat alia a se. Secundo queritur utrum deus cognoscat omnia alia a se. Tertio utrum deus possit scire vel prescire plura quam sciat.

Questio. i. Quod deus cognoscat alia a se ostenditur auctoritate et ratione. auctoritate sic. **ps.** Qui plantauit aurum non audiet. aut qui fingit oculum non considerat. q. d. Hoc est impossibile quod deus alius potentiam cognoscens de ipse non cognoscat. **Item Eccl. 23.** In deo antequam crearetur omnia sunt agnita. et post perfectum respicit omnia. ergo si non creat se sed aliud. non tamen se cognoscat sed etiam aliud. **Item pbatur ratione ostensiu sic.** Omne productiones res secundum ordinem et libertatem producit eas pie cognoscens. Si enim ducit ordinate necesse est quod producat secundum sapientiam. Rursum si secundum libertatem necesse est quod secundum sapientiam propria non aliena. ergo in ipso est omnium cognitio. **Item:** in entibus est status. ergo parti ratione et in cognoscibilibus. sed primum ens in quo est status est principium a quo est omnis entitas. et sine quo nichil est. nec aliquid est nisi ab eo. ergo eadem ratione in primo cognoscere (si status est) necesse est quod ab ipso sit omnis cognitio. et quod per ipsum omnia cognoscantur et sine ipso nihil. Si ergo propter quod unumquodque et illud magis. **ps.** et cetera. **Item** hoc ipsum ostenditur per impossibile. quod si non cognoscat alia a se. aut ergo quod non potest. aut quod non vult. Non quod non vult. quod in deo voluntas non precedit cognitionem. ergo quod non potest. sed omne cognoscens quod non potest cognoscere aliquid quod est cognoscibile habet cognitionem deficientem et artatam. quod impossibile est esse in deo. **Item cetera.** **Item** nichil potest deus nisi quod nouit. alioquin aliquid posset ignorare quod absurdum est. ergo si non nouit aliquid aliud a se. nec potest suscipere aliud a se. nec se potest. cum non sit suscipere. ergo nihil in toto mundo potest. ergo

deus est ipsoscientissimus. quod est absurdissimum dicere. **Item** Sed contra opponitur per rationem non philosophiam in. xi. Intellectibile est perfectio intellectus. ergo si deus intelligit aliud a se. intellectus eius perfectus ab alio. et si hoc sequitur triplex inueniendus. Primum quod eius cognitio presciet. cum presciet a re minus nos bilis quam sit deus. Secundum quod eius cognitio vel ipse deus transmutatur. omne enim quod ab alio presciet habet potentiam passiuam que est principium transmutandi. Tertium inueniendus est quod deus non sit sua actio cum actio sit a presciete. et deus presciet. **Item:** si deus cognoscat aliud a se. cum non omne quod cognoscat deus sit id est quod deus. necesse est quod illud quod cognoscat sit extra deum. ergo si cognoscat aliud cognoscat aliquid extra se. Et ex hoc sicut ostenditur triplex inueniendus scilicet quod cognitio eius sit indigens exteriori. sit etiam transmutabilis. et quod sit aliud quam ipse. quod omnia sunt inueniendus. **Item:** illud idem ostenditur per rationem cognoscendi. quoniam ratio cognoscendi est ipsa veritas. sed veritas idem est quod rei entitas. ut dicit Augustinus. ergo nihil cognoscat a deo nisi ens. sed deus nihil cognoscat nisi si ab eterno. ergo nihil cognoscat ab ipso nisi ens quod est ab eterno. sed tale est unum solum scilicet ipse deus. ergo. **Item:** ratio cognoscendi est assimilatio. ubi est enim cognitio. necesse est quod ibi sit assimilatio cognoscens ad cognoscibile. ergo ubi summa cognitio ibi summa assimilatio et quod dei cognitio est summa et perfectissima. debet attendi secundum summam assimilationem. sed nihil summe assimilatio deo nisi ipse. ergo solum seipsum cognoscat. **Item:** per quod nulla necessitas sit ponere deum cognoscere alia a se. Quoniam sicut potentia se habet ad productionem. ita et intelligentia ad cognitionem. sed dei potentia est si nihil producat non est minus potentia. si intellectus dei nihil aliud a se cognoscat. nihilominus est summe intelligentia. **Item:** bonitas creature preparata ad bonitatem creatoris est sicut punctus ad lineam. si sicut vitas ad veritatem. Si si intelligat punctus amoueri a linea non est linea minor nec imperfectior. si deus veritate sua cognoscat sine veritate creature. nihilominus sua cognitio perfecta est. **Item:** deus quod primum et necessarium dicitur quod deus aliud a se cognoscat. primum dicitur quod omnes recte aliquid hoc dicitur. quod si latet deum quod cognoscat non autem. necessarium quoniam non potest operari latere sapientissimum optime. et ideo oppositum est dicere imptimum et impossibile.

7
8

Et propterea ad intellectū obiectoꝝ notandū q̄ cognoscere aliud est dupli-
citer. aut per aliud a se cognoscere. aut
per se. Quī cognoscēs cognoscit aliud
ꝛ per aliud tunc verum est q̄ perfe-
ctionem habet aliunde. ꝛ tūc eius Intel-
lectus est in potentia. ꝛ recipit aliunde
perfectionē. ꝛ iteo additionē ꝛ trāsmu-
tationē. ꝛ hoc oīno impossibile est cir-
ca deum. Est iterū aliud cognoscere p̄
se. ꝛ tūc cognoscens est actus respectū
cognoscibilis. ꝛ tūc nō recipit imperfe-
ctionē a cognoscibili. sed magis econ-
uerso. ꝛ hoc modo ponimus deū aliud
cognoscere a se per seipsum ꝛ sic nō p̄-
cedit prima ratio. sed s̄m primā viam.
ꝛ ita Intellegit p̄ h̄s i l̄ rerum dixit. Ad
illud quod obf̄ secūdo q̄ si de⁹ cogno-
scit aliud a se. ergo aliquid extra se. di-
cendum q̄ cognoscere aliquid extra se
est tripliciter. Aut per aliqd̄ cōceptum
ab extra ꝛ sic dependet cognitio ab ex-
trinsēco. ꝛ sic non est possibile ponere
in deo. Aut est cognoscere aliqd̄ extra.
q̄ aspectus cognoscētis deflectitur ex-
tra sicut cognoscit angelus. Aut q̄ illud
quod est aliud ꝛ diuersum habz̄ ortum
ab intra. ꝛ ita q̄ est extra cognoscitur
per omnino intrinsecum. ꝛ hoc modo
cognoscit deus scz̄ per exemplar q̄ est
idē q̄ ipse a quos cognoscitur. ꝛ
hoc mō nihil valet obiectio Ad illud
quod obf̄ tertio q̄ ab eterno fuit vnus
solum ens. dicendū q̄ duplex est rei eē
scz̄ in se ꝛ in sua causa id est i p̄prio ge-
nere. ꝛ in exemplari. Et ad cognitionē
rei sufficit existentia eius in causa siue
in exemplari. ꝛ q̄ p̄ exemplar represen-
tatur sicut futura est in proprio genere
ideo per existentia in exemplari omnis
nō cognoscitur sicut futura est nec ali-
ter cognoscitur postq̄ facta est. Quod
ergo obijctur q̄ ab eterno fuit vnū so-
lum ens. dicendū q̄ verū est in proprio
genere siue in esse actuali. multa tamē
fuerunt in causa. ꝛ esse illud erat ratio
cognoscendū s̄m vtrūq̄ modū essendi.
Ad illud quod obf̄ quarto de assimi-
latione. dicendū sicut supra dictū fuit
in questione de ydeis q̄ ad cognitionē
req̄ritur assimilatio nō per cōuentiā
in ḡne vel specie. sed s̄m rōnē exp̄men-
di. ꝛ q̄m̄ diuina veritas vnaet summa
expressiōe exprimit̄ se ꝛ alta. id summa
assimilatio est. nō t̄m̄ respectu sui. sed
etiam respectu alioꝝ. ꝛ ita patet illud.

Ad illud quod obf̄ q̄ potentia dicit̄
perfecta etiā si nihil faciat. ergo. ꝛ. di-
cendū q̄ non est s̄lle de actu faciēdi re-
spectu potentie ꝛ sciēdi respectu Intel-
ligentie. Nā facere est actus vt act⁹ et
vt egrediēs q̄ nō facit p̄fectionē s̄ cō-
sequitur ꝛ et attestatur s̄ scire est act⁹ vt
habitus. q̄ significatur vt p̄fectio pote-
tie. Quī ergo diuina intelligētia est p̄-
fectissima. ideo nō tantū cognoscit ali-
qua sed oē quod potest cognosci. nō au-
tem facit oē quod potest fieri. Ad illud
quod obf̄ vltio q̄ veritas creature ni-
hil facit ad primā veritatē. ꝛ. dicendū
q̄ verū est. ideo eque nobilit̄ ꝛ perfe-
cta erat primā veritas ante creationē
veritatū aliarū sicut post. sed t̄m̄ pone-
re q̄ aliqua veritas sit. ꝛ non sit a ve-
ritate eterna. est ponere primam verita-
tem nō esse summā. sic ponere aliquid
veritatē non esse. ꝛ nō esse cognitā. tol-
lit rationē p̄fecte veritatē. vt est rō
cognoscēdi. ꝛ ita p̄ q̄ de p̄fectiōe summe
veritatis est cognitio creature. sicut et
potentia producēdi.

Q. ii. Dato q̄ de⁹ cognoscat
alta a se. q̄ritur vtrū co-
gnoscat omnia alta a se. Et q̄ sic videt̄
auctoritate Hierem. 17. Prāuū est cor
hoīs. ꝛ. ꝛ. post. Ego dominus scrutans
corda ꝛ renes. sed nihil incertū nichil
occultius nr̄is cogitationibus. ergo si
has cognoscit ꝛ oia alta. ¶ Itē heb. 4.
omnia sunt nuda et aperta oculis eius
ad quē nobis sermo. Et iterum. Unus
est sermo dei ꝛ efficac. vsq̄ t̄m̄. et non
est aliqua creatura inuisibilis in cōspe-
ctu eius. ¶ Item Joh. vlti. Dñe tu om-
nia nosti. ¶ Item Aug. 3. de trinit. Nihil
sit visibile nec intelligibile quod nō de
aula interioritatz̄ inuisibili summi im-
peratoris aut iubeatur aut p̄mittatur.
s̄m ineffabilē iusticiā penarū ꝛ p̄mito-
rū. gratiarū ꝛ meritorū. ꝛ si hoc. ergo
oia cognoscit. ¶ Itē rōne v̄f. q̄ quāto
substantia ē spiritualior atq̄ simplicior
tanto pluriū est cognitua. sed de⁹ est
substantia simplicissima ꝛ sp̄ualissima.
ergo est oīm cognitua. ¶ Itē: de⁹ est
creator ꝛ remunerator. sed in quantum
creator est artifex. in quantum remunera-
tor iudex. sed p̄fect⁹ artifex cognoscit
oia producta perfect⁹ iudex omnia re-
munerāda. sed ois creatura spectat ad
artificium. ꝛ oē bonum ꝛ malum ad iu-
diciū. ergo deus omnem creaturam

cognoscit: r oem bonitate et malicia
Cre. ipossibile est aliquid esse in quo
 no icit deus p presentia essentie. vt su
 pia probatu est: sed cuiuscunq p sens est
 per essentia: r cognitioe. ergo ipossi
 bile est alqd deo esse icognitu. **C**re.
 si esset in vna re ita q no l alta: eet ei
 eentia limitata: ergo si ita cognosceret
 q aliqua essentia cognita esset ei r cogni
 tio limitata r artata. r ita imperfecta.
C Sed cōtra. Qñ nobilitus deo est ar
 tribuendū: sed quedā meli⁹ est nescire
 q scire sicut dicit Augu. in Ench. ergo
 necesse est ponere q deus illa nō sciat
Cre: intellectus noster ppter sui ima
 terialitate nō intelligit singularia. **U**n
 pt p hūc dicit intellect⁹ est vniuersaliū
 r sensus singulariū. sed diuinus intel
 lectus multo magis est imaterialis q
 noster. ergo si noster nō intelligit sin
 gularia: nec diuinus. **C**re. noster hac
 bitu scietialis ppter sui certitudine nō
 est nisi necessariū: r nō contingentiū
 Q: dicit Boet⁹: q scia est eoz que fut
 immutabilem existentia foritūtur. **S**i
 ergo diuina cognitio est multo certior
 q nra scia. p r. **C**re. sicut de⁹ dicit
 oisiciens ita est oipotēs: sed potētia ma
 li nō est de oipotētia nec de pfectione
 potētie naturar. ergo si r cognitio ma
 li nō est de pfectione scientie. ergo r.
Cre. hoc ipsum oñditur auctoritatib⁹
 Et pmo auctoritate Abac. ch. i. **M**undi
 sunt oculi tui dñe ne videāt malū. er
 go. **C**re. Mat. xxy. de malis. **N**escio
 vos. **C**re. que necessitas est deū po
 nere cognoscere oia. **E**t videt q nulla
 q cognitio nostra non minus dī pfe
 cta si nō cognoscit vnam muscam: si er
 go diuina cognitio multominus pccit
 a scibili nō erit ipfecta si nō cognoscit
 ista vilia. **C**Rñ. dicēdū ad intelligentiā
 obiectoz q in deo est cognitio appro
 batiōis: r simplicis noticie. **E**t noticia
 approbatiōis cōnotat cōplacentiā vo
 luntat⁹. **H**æ nō cognoscit de⁹ oia: quia
 nec mala nec malos: sed tm bona r bo
 nos: r de hac intelliguntur due vltime
 auctoritates. **E**t alia cognitio simple
 noticie: r hæ q habet rationē cogno
 scendi a veritate q est lux summa cui ni
 cipi pōt occultari: nec etiā tenebræ ob
 scurantur ab ipsa. **I**ō de necessitate co
 gnoscit oia magna: r parua: bona r ma
 la sicut oñdūt rōnes ad pma partem.
1 **A**d illud qd pmo obiicit: q oē nobi

litus deo est attribuendū vōm q est me
 litus simpliciter: r est melius hūc r ses
 cundum statū. **D**ico ergo q oia scire
 simpliciter meli⁹ r nobilitus est. s3 hō
 corrupto qui accipit occasione peccan
 di ex cognitione: melius est quedā nes
 scire: iō nō sequit: q sic deo attribuēz
 qm. **A**d illud qd obiicitur de ima
 terialitate intellect⁹. dicēdū q hoc qd
 nō cognoscat singularia nō tm venit
 ex imaterialitate: imo ex imaterialitas
 te pūcti r imaterialitate sua. **Q**m em
 cōiungitur corpou: iō habet potentias
 fm quas depēdet a corpore quātuz ad
 operatiōe. r per quas intellect⁹ qm
 est in corpore erit ad exteriora: quia ille
 sunt medie. s. sensus particular⁹ r ima
 ginatio. **Q**m ergo singulare nō puenit
 ad intellectū nisi p istas potētiās: et as
 scensus p has est fm abstractiōe r de
 puratiōe: r abstractio facit de singu
 lari vniuersale: iō nō pōt singularia co
 gnoscere vt intellectus nisi intellectus
 sit separatus vel diuinus. **A**d illud qd
 obiicit de certitudine scie: dōm q hoc
 nō est ppter certitudine simplr: sed p
 pter certitudine causatam a re. **E**t qm
 causatur certitudo in nostra cognitio
 ne: vel pēdet ex re: iō nō pōt nostra co
 gnitio esse certa nisi res sit necessaria.
 Diuina aut cognitio qm a re nō causa
 tur: nec depēdet: iō pōt esse certa de re
 contingenti. **A**d illud qd obiicit q po
 tētia mali nō est de oipotētiis. ergo r.
 dōm q nō est ille: q rectitudo manēs
 rectitudo est rō cognoscēdi malū: sed
 rectitudo nō est causa mali nisi decli
 nādo a rectitudine r deficiēdo: iō sci
 re malū est de pfectione scientie: s3 pos
 se malū non est de pfectione potētie.
Ad illud qd queritur que necessitas
 est cognoscendi deū oia. dicēdū q in
 fluitas r imēstas veritatis que nō pa
 titur aliquid latere deū: sicut imēstas
 diuine pscientie non patitur aliquid
 absentaria deo.
Questio. iij. **U**trū de⁹ pos
 scire pla q sciat. **E**t q possit pla scire
 re oñdūt sic. **N**ihil scit nisi ens verū: s3
 multa pnt eē q nō sūt r verificari que
 falsa sūt. ergo multa pnt sciri a deo que
 tm nō scitūtur. **C**re q possit plura h
 scire v: q pscia est tm futuroz: s3 mul
 ta pnt eē futura q nūq sūt nec erunt:
 ergo multa pnt psciri q nō pscuntur
 scia.

14

15

16

17

C

ergo deus potest plura prescire et presciat.
C Sed contra: quod non possit plura scire
 per quod scia dei est infinita cum sit infinita
 facta: sicut probatum est supra, sed infinitum non
 possit esse plura nec cogitari, ergo etc.
C Item potest scire plura: aut plura in con-
 plera siue plures res: aut plura coplera
 ra siue enunciativa. Ad plura in coplera
 quod res scit deus etiam si nulli sunt: scit enim
 omnia que preterierunt. Sicut non plura coplera:
 quod cumlibet per accidens semper altera
 parte est vera: altera falsa, ergo de com-
 plexis semper tot sunt vera quot sunt fal-
 sa, ergo que scit omnia non potest scire plura.
 quod non potest esse plura vera. **C** Item quod non possit
 scire plura prescire et presciat per quod quicquid
 deus prescit simul prescit: nec potest prescire nisi
 simul: si ergo potest plura prescire et presci-
 at: aut ergo simul: aut successiue. Simul
 est impossibile: successiue sicut ipso
 bilitate: quod in eternitate non est successio, et
 nullo modo. **C** Item si potest plura prescire: er-
 go cum maior sit prescientia plurium saltem ex
 tensiue: et quod potest esse maior potest augeri:
 ergo diuina prescientia potest augeri. sicut ubi aug-
 mentum tibi mutatio et variatio, ergo di-
 uina scia potest mutari et variari. **C** Item
 dicendum quod cui querit verum deus possit plu-
 ra prescire vel scire: aliter est iudicandum
 de prescientia dei de scia. Nam sicut dicit con-
 sistent triplex est dei cognitio: non qua-
 rum ad diuersitates cognitionis: scilicet co-
 gnitorum. scilicet cognitio approbatoris intel-
 ligentie et visionis. Cognitio approbato-
 ris est solummodo de eis ad que se extendit he-
 replacitum voluntatis: et hoc est solummodo
 de his que fiunt et bona sunt: et hec abs-
 que dubio potest esse plurius. Cognitio vero
 intelligentie dei cognitio qua deus co-
 gnoscit omne possibile et sibi et alijs: et hec
 cognoscit deus infinita: et hec nullo modo
 potest esse plurius. Cognitio visionis est eo-
 rum quorum ab eterno fuit iussio: et hec so-
 lum est eorum que sunt vel fuerunt vel erunt: et
 hec cognitio potest esse plurius que sit: et quod
 eiusdem est hec cognitio cuius est prescientia
 prescientia potest esse plurius. Sed cedendum ergo
 quod quedam scia potest esse plurius: quedam
 non. Et per hoc patet responsio ad obiecta de
 scia. **C** Ad enim obicit quod scia dei est in-
 finitorum et quod nihil connotat circa incognita
 plerumque: dicendum quod hoc verum est de scie-
 tia intelligentie: sed non est verum de scie-
 tia visionis. **C** Ad autem obicit de pres-
 scientia. cedendum est quod potest esse plu-
 rius. **C** Ad autem obicit ad oppositum quod si

potest scire plura: aut simul/aut non se-
 mul: dicendum quod simul et potest attendi di-
 pliciter. Aut quantum ad substantiam presci-
 torum siue cognitionem: sic est verum quod si
 mul: quod ab eterno presciunt quedam: et ab
 eterno potunt prescire plura et potunt
 prescisse. Si autem consideratur similitudo
 quantum ad rationem paucitatis et plurali-
 tatis: sic est implicatio oppositorum: sic est
 sensus quod simul presciat plura et paucio-
 ra: et primo sensu obiecto habet veritatem
C Ad illud quod obicit si potest plura pre-
 scire quod potest prescientia augeri, dicendum quod
 est quod prescientia possint augeri, non enim
 augetur prescientia, quod vno et eodem prescient
 deus et multa et vni: et plura et pauca:
 tamen quis prescientia possint esse plura non enim
 possunt augeri, quod augeri est de paucio-
 ribus fieri plura: sed hec posse esse plu-
 ra habet duas causas veritatis: aut quod
 de paucioribus possunt fieri plura: aut
 quia ab initio potuerunt esse plura. et
 hoc ultimo sensu est oratio vera. Et cum
 procedat a pluribus causis verita-
 tis ad vnam: facit sophisma secundum
 consequens.

C Insequenter est questio de se-
 cundo articulo secundum de modo
 dine cognitionis. Et cir-
 ca hoc querunt tria. Pri-
 mo querit utrum deus cogno-
 scat se et aliam informiter.
 Secundo utrum cognoscat mutabilia im-
 mutabiliter. Tertio utrum cognoscat
 omnia presenter vel presentialiter.

Questio. i. **C** Cognoscat
 se et alta eodem modo
 modo siue informiter obicit sic. Scie-
 tia dei est sua essentia et solum scire est solum
 esse, ergo et modo cognoscendum est modo
 essendi: sed vnus est modus essendi in
 deo essentialis, ergo et vnus modo cognos-
 cendum. **C** Item de seipso et non alio cogno-
 scit se et seipso: et non alio cognoscit alia
 et vna et eadem ratione cognoscit se et alia: sed
 modus cognoscendi attenditur penes
 rationem cognoscendi, ergo si est eadem
 ratio cognoscendi se et alia, et idem mo-
 dus: et sic etc. **C** Item, hoc ipsum verum
 impossibile, quia si alio modo cogno-
 scit se/ alio modo creaturas, ergo cum
 cognoscit se et creaturas variat in co-
 gnoscendo, ergo spiritus dei est transiens
 tacto et vicissitudinis obicitatio. **C** Item,
 si alio modo: tunc ego deo aut modus
 ille est creator aut creatura Ad creaturam

18

19

20

21

ra. qz cognitio r modus cognoscendi e
 eternus. Si creator aut dicit qd psona
 le. aut qd essentialia. Ad psonale. quia
 oia cognitio est cōis tribus. ergo bi
 cit qd eēntiale. ergo si alius r alij mo
 dus. ergo alia r alia eēntia. sed hoc est
 impossibile. ergo r pūmū. ¶ Contra. de
 us cognoscendo alia a se cognoscit per
 pdeā. se aut nō cognoscit p pdeā. ergo
 si cognoscere p pdeā dī modū cogni
 tionis. r se nō cognoscit p pdeam. pty
 qz alio modo cognoscēdi. r sic r c. ¶ Itē
 in cognitione qua cognoscit se idē est
 cognoscēs r cognitū r ratio cognoscē
 di sed i cognitione qua cognoscit crea
 turā nō est idē ratio cognoscēdi cū cog
 nito. ergo nō idē modus. ¶ Itē nihil
 est cōe creatori r creature sū rōnē ef
 fendi. ergo neqz sū rātionē cognoscē
 di. cum qd aliud sit eē creature qz crea
 toris. r alius modus effendi. ergo alia
 cognitio r alio modo cognoscit qz
 creatori. Si ergo alio mō cognoscit a
 deo r idē ē creaturā cognosci r deum
 cognoscere. ergo deus alio mō cogno
 scit se r alia. ¶ Item ois cognitio in
 qua cognitū est nobilitus pntius et in
 telligibilis. est cognitio nobilitoz. scz.
 quātum ad rem r modū. Quātum ad
 rem. qz de re magis nobili. Quātū ad
 modum. qz de re pntior. Sed in cogni
 tione qua deus cognoscit se. cognitū
 est nobilitus. pntius r intelligibilis qz
 in cognitione creature. ergo nobilitoz
 cognitio quātū ad rē r modū. ¶ Rñ.
 dicendū qz est qdam cognitio q causa
 tur r ortum habet a cognoscibili r hec
 qm a cognoscibili causatur r depēdet
 variatur sū erigētiam cognoscibilis
 quātū ad rē r modū. Est r alia cogni
 tio que sū rem idem est qd cognoscēs
 r a cognoscibili nō causatur nec depē
 det. r hec accipit idētitatē quātū ad
 rē r modum a parte cognoscētis nō a
 parte cogniti. Quā ergo diuina cogni
 tio a rebus nō pēdet nec causatur. sed
 est idē qd deus. r deus eadem eētia
 et eodē modo se habens. Ideo vna cog
 nitione r eodem modo cognoscit de
 us se r alia a se. quia per seipsum nullo
 modo variatum nec diversificatum.
 ¶ Ad intelligētā aut obiectozū no
 tādū qz per respectū ad cognoscēte cog
 nito eodē mō comparatur. r eodem
 mō est. Quia sū illā comparationē hz
 esse r sic procedunt prime rationes on

dētes qz eodem modo cognoscit se et
 alia. Sed p respectū ad cognitū licet
 sit eodē. tñ alio mō pparatur. nam ad
 deū sū rōnē idētitatē. ad creaturam
 sū rātionē diuersitatis r causalitatis
 r ideo ad creaturam sū rātionē pdeā
 di ad deū vero minime. r hoc probāz
 rationes inducte ad scām partem qz
 alio modo comparatur: r hoc mō sunt
 pcedēde. Si ergo inferat qz alio modo
 sic rō nō valēt. qz cognitio dei nō rect
 pit modū effendi nec nobilitatē a cog
 nito. r sic patēt duo obiecta de pdeā
 r diuersitate. ¶ Ad illud qd obijctur
 tertio. nihil est cōe creatori r creatur
 re. dōm qz verū est de cōmunicato sū
 eadem comparationem. sed sū aliam
 r aliam. nihil phtbet qz aliquid sit ver
 ritas creature. r similitudo dei. similit
 ter qz aliquid sit veritas dei r similitu
 do creature. r quoniam ratio cognoscē
 di accipitur penes vtrūqz modū. Ideo
 cognitio potest esse communis. ¶ Ad
 illud qd obijctur vltimo. dicendū qz
 tenet cū cognitio causat a cognitio. nō
 sū tenet cū nō causatur sicut in pro
 posito.

Questio. ii. Utrū deus cog
 noscat muta
 bilita inmutabiliter. Et qz sic onditur au
 tuitate Diony. de. di. no. Cognoscit de
 us oia materialia imaterialiter. impar
 tite partita. vniiformiter multa. inmuta
 biliter mutabilia. ¶ Item. Aug. xv. de
 tri. Eius scia inadmiscibilis est et inas
 riabilis. sed oē tale inmutabile. ergo
 r c. ¶ Itē hoc ipm onditur rōe. qz quod
 nobilitus ē. deo attribuēdū est: s3 nobilit
 or est cognitio qua cognoscit res inmu
 tabiliter qz qua cognoscit mutabiliter
 ergo r c. Itē qd est in aliquo. est i eo qz
 modum eius in quo est. r hoc verum
 est maxime in deo. in quo oē qd est. est
 ipm siue ipse deus. ergo cū scia rerū
 et ipse res cognoscit sint i deo. r ipse sū
 oino inmutabilis. sunt ergo in deo li
